

Med. m4

coll. von



VITA
S. SWIBERTI
EPISCOPI
WERDENSIS,
FRISIORUM, SAXONUM, WESTPHALORUM,
ET IN PRIMIS
URBIS MONASTERIENSIS
APOSTOLI,
PRIMUM SCRIPTA

A
BEATO MARCELLINO PRESBYTERO
COÆVO ET SOCIO EJUS,
EXPOST AUCTA

A
S. LUDGERO IMO MONASTERIENSI
EPISCOPO
FIDA RELATIONE DE MIRACULIS
ET CANONIZATIONE EJUSDEM SANCTI,
RECUSA

ANNO LABENTIS SÆCVLI, QVO SANCTI
SWIBERTI SACRÆ RELIQVIÆ DENVO
PVLICÆ VENERATIONI PER
DIES OCTO EXPOSITÆ SVNT.

DUSSELDORPII,
TYPIS CAROLI PHILIPPI LUDOVICI STAHL,
AULÆ TYPOGRAPHI.

1967

ATI
MS.
O.2.R.G. 932
²
_a

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DUSSELDORF

33,654



REVERENDISSIMO,
AC
EMINENTISSIMO,
CELSISSIMOQUE
PRINCIPI, AC DOMINO,
DOMINO
MAXIMILIANO
FRIDERICO,
ARCHI - EPISCOPO COLONIENSI,
S.R. IMPERII PER ITALIAM ARCHI-
CANCELLARIO, ET PRINCIPI
ELECTORI, S. SEDIS APOSTOLICÆ
LEGATO NATO, EPISCOPO, ET
PRINCIPI MONASTERIENSI, WEST-
PHALIAE, ET ANGARIAE DUCI, BURG-
GRAVIO STROMBERGENSI, COMITI
IN KÖNIGSEGG, ROTTENFELS, DOMINO
IN ODENKIRCHEN, BORCKENLOHE, WERTH,
AULENDORFF, ET STAUFFEN, &c. &c.
DOMINO NOSTRO
CLEMENTISSIMO.

EMINENTISSIME,
AC
REVERENDISSIME
PRINCEPSELECTOR,
DOMINE,
D.CLEMENTISSIME!



*E*xtra Controversiam est, illam
Historia Ecclesiasticae par-
tem, quæ Sanctorum, aut Heroica pro-
CHRISTI Fide Certamina, ac Vi-
rias, aut Vitas, in præclarissimis Vir-

tutum diversarum Exercitiis transactas,
Posteriorum memoriae transcritbit, haud me-
diocrem in Lectorum animis parere utilita-
tem, ut verè Dux vite, Lux consiliorum, Mo-
rum Magistra possit, ac debeat existimari.

Neque sacra hæc Exegeſis utilita-
tem duntaxat Humano Generi confert, ſed
etiam debitam DIVINÆ MAJESTATI
Reverentiam, Cultumque conciliat: Illius
enim ſoliuſ Virtute incepturn, perfectum-
que credimus, quidquid in Sanctis adini-
ramur, & deprædicamus. DEO, ne-
ceſſum eſt, concinamus laudes, dum
legimus eliſo: Inferorum conatus, fractos
impetus Tyrannorum, cupiditatum ar-
dorem reſtinctum, adverſa fortiter to-
lerata, erecta tot glorioſa Virtutum om-
nigenarum Trophæa.

Hic

Hic continuus fuit, EMINENTISSIME PRINCEPS, *Hagiographorum Sensus*; hæc sacros Annales conscribendi meta jam tum ab ipso nascentis Christiani Cætūs exordio, ut luculenter satis innuunt S. HIERON. ad HEDDIBIAM, quæst. II., & S. AUGUST. L. 8., Confess. C. 7. Hæc eadem majoris Gloriæ Divinæ spes jam tum ante plura Sæcula provocavit Divos MARCELLINUM, & LUDGERUM, Tuum, EMINENTISSIME PRINCEPS, primum in Episcopatu Monasteriensi Prædecessorem, ut Thaumaturgi nostri Vitam, Virtutes, Prodigia, Cœlesti ope perpetrata, literis consignarent. Nec aliis nobis animus est, EMINENTISSIME PRINCEPS, dum ejusdem S. Patroni nostri SWIBERTI Historiam, Typis novis recusam exhibemus,

quam,

quam, ut gloria Sancti hujus memoria, ac Cultus in Clientum suorum animis perseveret, DEOque nova identidem fiat, & nova Honoris accessio.

Porrò, cui alteri Opusculum hoc rectius dedicandum venit, nisi TIBI, EMINENTISSIME PRINCEPS, cui DEI Gratia non solum Archi-Dicefin Colonensem regendam dedit, sed & Ecclesiam Monasteriensem, quam ante annos à Partu Virgineo mille, & quinquaginta idem S. SWIBERTUS sacrae Fidei lumine illustravit.

Accipere igitur gratiosissimè digniris, EMINENTISSIME PRINCEPS, pium hoc Munusculum, quod sacro Pastorali Pedo Tuo humillimè subjiciunt,
qui

*qui pro diuturnâ Tua Vita, ac Re-
gimine felicissimo Cælum exorare nun-
quam desistent.*

HO C PLENO CORDE VOVENT

EMINENTIÆ TVÆ

*Humiliimi ac devotissimi
Clientes,*

PRÆPOSITVS, DECANVS, ET
CANONICI CAPITVLARES
COLLEGIATÆ ECCLESIAE
SANCTI SVIBERTI, FRISIÆ,
SAXONIÆ, VVESTPHALIÆ
PATRIS, CÆSARIS-INSVL.
PATRONI.

NOMINA
DD. PRÆLATORUM,
CANONICORUM, ET VICARIORUM
PENES ECCLESIAM WERDENSEM,

SEU
CÆSARIS INSULANAM
TEMPORE JUBILÆI
QUINQUAGENARII RESIDENTIUM.



1. PRÆPOSITUS: THEODORUS JOANNES DE CASTELL, *Perillustris Ecclesiæ veteris ædis ad divum Paulum Monasterii in Westphalia Canonicus Capitularis, & Thesaurarius &c.*

2. DECANUS, ET ARCHI-PRESBYTER: JOSEPHUS SWIBERTUS HYACINTUS EDMUNDUS DE RUY'S, *J. U. D., Proto-Notarius Apostolicus, Sacri Palatii, & Aule Lateranensis Comes, REVERENDISSIMI, & EMINENTISSIMI ARCHI-EPISCOPI, ac PRINCIPIS ELECTORIS COLONIENSIS &c Consiliarius Intimus, hujus Collegiatæ, nec non ad S. Balbinam in Rade Canonicus, &c.*

JOSE-

3. JOSEPHUS CLEMENS MARIA
KAUKOL, *Canonicus Capitularis*, &
Senior.
4. WILHELMUS CONSTANTINUS
L. B. DE WIESENBERG, *J. U. L.*, &
Canonicus Capitularis.
5. JOANNES FERDINANDUS ED.
MUNDUS L. B. DE ROCHOW, *J. U.*
L., & *Canonicus Capitularis.*
6. CASPARUS ANTONIUS SEIBERTZ,
Canonicus Capitularis.
7. HENRICUS JOSEPHUS XAVERIUS
HACKENBROICH, *Canonicus Capitul.*
8. MAXIMILIAN. EMANUEL THEO-
DORUS DE GRUBER. *Canonicus Capi-*
tularis Presbyter.
9. ENGELBERTUS LÖVENICH, *Ca-*
nonicus Capitularis, & *Pastor.*
10. ÆGIDIUS ANTONIUS JOSEPHUS
SCHMITZ, *Proto-Notarius Apostolicus*,
Canonicus Capitularis Presbyter, & *Scho-*
lasticus.
11. FERDINANDUS ANTONIUS CA-
ROLUS WERTHER, *REVEREN-*
DISSIMI, ac *EMINENTISSIMI*
ARCHI-EPISCOPI, & *PRINCIPIS*
ELECTORIS COLONIENSIS &c. Con-
filiarius Ecclesiasticus, nec non *Canonicus*
Capitularis.

12. VIN.



12. VINCENTIUS JOSEPH. DE SCAMPAR, *J. U. L.*, ad S. Severinum Coloniae, & bujus Collegiate Canonicus Capit.
13. JOANNES JACOBUS WINDECK, *Canonicus Capitularis.*
14. BERNARDUS CHRISTIANUS WAHLERS, *Canonicus Capitularis.*
15. WOLFGANGUS CASPARUS JOSEPHUS MAPPIUS, *Canonicus Capitul.*
16. JOANNES ARNOLDUS JUNCKER, *Canonicus Capitularis Presbyter.*
17. ENGELBERTUS LÖVENICH, *Canonicus Residens.*
18. FRANCISCUS ANTON. SCHMITZ, *Canonicus Residens.*
- DD. CANONICI NON RESIDENTES.
19. JOANNES HENRICUS JOSEPHUS DE REINER, *Canonicus.*
20. FRANCISCUS JOSEPHUS DAVID ALEXANDER HARRER, *Canonicus.*
21. JOANNES WERNERUS ENGELBERTUS NEUWIRTH, *Canonicus.*
22. FRANCISCUS SEBASTIANUS JOSEPHUS AB OTTEN, *Canonicus.*

DOMI

DOMINI VICARII.

1. BERTRAMUS CONRADUS MOLANUS, *Rector S. Mauriti.*
2. FRIDERICUS JOSEPHUS JACOBUS SCHMITZ, *Rector B. M. V.*
3. GERARDUS LÜTZENKIRCHEN, *Rector SS. Nicolai, & Michaëlis.*
4. JOANNES GERARD. CARDAUNS, *Rector SS. Bartholomæi, & Lucæ.*
5. BERNARDUS MATHIAS BEESEN, *Rector Sanctissimi Rosarii B. M. V.*
6. ANDREAS DRESEN, *Rector SS. Joannis Evangelistæ, Barbaræ, & Catharinae.*
7. JOANNES BERNARDUS HENRICUS DAHMEN, *Rector SS. Annæ, Thomæ, & Sebastiani.*



APPRO.

APPROBATIO.

Ad piam venerationem duleuticam S. SWIBERTI Episcopi, Fidei Catholice in Germania quondam ferventissimi Propagatoris, nunc Patroni Thaumaturgi, in Collegiatâ Ecclesiâ, ei dicata in Cæsaris - Insula conservandam, promovendamque hæc multorum sæculorum serie commendata, ejus Virtutum, ac sanctæ Vitæ, Mortisque descriptio, cum additis Pietatis Exercitiis demùd imprimatur, salvâ Constitutioni Urbani Pontificis VIII. debitâ Reverentiâ de Historica Fide Miraculorum. 9. Junii 1767.

J. GODEFR. KAUFFMANS,
S. T. D. Sigillifer major, Librorum Censor ordinarius,
Canonicus S. Mariæ mpp.

SYNOP-



SYNOPSIS
CAPITUM
VITÆ
S. SWIBERTI
EPISCOPI.

*Prologus Marcellini ad D. Gregorium Trajæ-
tensem Episcopum.*

I

*CAP. I. De nobilitate parentum S. Swiberti, ac
præsagio suæ nativitatis.*

7

CAP. II. Ut scholas visitaverit.

11

CAP. III. Ut monasterium petierit.

12

CAP.

SYNOPSIS

- CAP. IV. Ut revocatus à Monasterio per Sanctum Egbertum Archiepiscopum, factus sit Canonicus Eboracensis. 15
- CAP. V. Ut SS. Wilfridus Episcopus, & Wigbertus Presbyter, primi per Frisiam & inferiorem Saxoniam Christum prædicaverint. 18
- CAP. VI. Ut SS. Willibrordus & Swibertus, cum aliis decem Presbyteris ad Germaniam missi, prædicaverint Christi Fidem. 19
- CAP. VII. De Martyrio S. Wigberti, & constructione sanctæ Traiectensis Ecclesiae. 22
- CAP. VIII. Ut S. Swibertus missus in carcerem ab Angelo fuerit liberatus. 25
- CAP. IX. Ut vicum Hagenstein ad Christum converterit S. Swibertus. 27
- CAP. X. SS. Swibertus & Willibrordus Episcopi consecrantur. 32
- CAP. XI. Ut S. Swibertus Episcopus Comitatum Teisterbandiæ converterit. 35
- CAP. XII. Ut S. Swibertus quendam submersum à morte excitaverit, & ferè vicum Duerstat ad fidem converterit. 37
- CAP. XIII. Ut S. Willibrordus Româ rediens, cum S. Swiberto per Frisiam prædicaverit. 47
- CAP. XIV. Ut sancti Socii & Presbyteri SS. Willibrordi & Swiberti in diversas Provincias missi, Christum prædicaverint. 50

CAP.

CAPITUM.

- CAP. XV. Ut S. Swibertus in Westphalia militarem paralyticam sanaverit, & populum converterit. 54
- CAP. XVI. Ut S. Swibertus Episcopus in Bilveldia quendam à Peste squinantię vel anginę liberarit. 58
- CAP. XVII. Ut quendam cæcum illuminaret. 59
- CAP. XVIII. Ut S. Swibertus in Brunswick quendam paraclyticum signo sanctæ Crucis sanaverit. 61
- CAP. XIX. Ut Boructuariorum magnam partem ad fidem perduxerit Christi. 64
- CAP. XX. Ut quendam demoniacum liberaverit, & cum multis baptizariet. 65
- CAP. XXI. De virtutibus & conversatione S. Swiberti. 68
- CAP. XXII. Ut S. Swibertus Coloniam veniens, à præclarā Principe Plectrude honorifice suscepimus, duobus Miraculis coram eā claruerit. 70
- CAP. XXIII. Ut S. Swibertus à Pipino Werdam impetrans, ibidem Monasterium construxerit. 75
- CAP. XXIV. Ut quendam in Werdā à morte suscitaverit. 77

) : (

CAP.

SYNOPSIS

- CAP. XXV. Ut S. Swibertus multos gentilium converterit, & Monasterium instituerit in Werda. 79
- CAP. XXVI. De Vita S. Willeici Confessoris, Presbyteri sancti Swiberti Episcopi, & de Miraculis per ipsum perpetratis Coloniae. 83
- CAP. XXVII. De obitu S. Swiberti Episcopi. 87
- CAP. XXVIII. De sepulturâ S. Swiberti, ac Miraculis quibusdam à Deo per ipsum factis. 91
- CAP. XXIX. De Miraculis sanctissimi Swiberti Episcopi Werdenis & Confessoris. 93
- CAP. XXX. De curatione cæcorum Susati. 98
- CAP. XXXI. De quatuor viris morbo angina laborantibus. 103
- CAP. XXXII. De curatione Episcopi Coloniensis. 103

EPISTOLA-

AMU CAPITUM. CMI

EPISTOLA RIXFRIDI

AD

S. LUDGERUM.

pag. 105.

Epiſtola S. Ludgeri ad Rixfridum Traiectensem Episcopum. 109

CAP. I. *Ut Pipinus Dux caſtrum in Werdā conſtruxerit, & meritis S. Swiberti victoriam contra paganos obtinuerit.* 113

CAP. II. *Ut S. Swibertus illuſtre principem Hunaldum à peste anginæ & periculo mortis cum multis aliis liberaverit.* 117

CAP. III. *De primâ elevatione corporis S. Swiberti Episcopi.* 119

CAP. IV. *De crudelitate Saxonum & concrematione Ecclesiae S. Swiberti, & deſtructione oppidi Werdensis.* 123

CAP. V. *Ut male perierit, qui Ecclesiam S. Swiberti primus incenderat.* 126

CAP. VI. *Ut Satrapæ Saxonum duo divinitus flagellati, meritis Sancti Swiberti pristinæ reſtituti sanitati fuerint.* 128

CAP.

INDEX CAPITUM.

- CAP. VII. *De altero Satrapa Occone.* 132
- CAP. VIII. *De quodam Saxone lethaliter
sauciato in bello, & meritis S. Swiberti
sanato.* 134
- CAP. IX. *Ut S. Swibertus solemniter à S. Leo-
ne Papa sanctorum Confessorum catalogo fit
adscriptus.* 140
- CAP. X. *De miraculis S. Swiberti, ut pue-
rum submersum excitaverit.* 146
- CAP. XI. *De tribus fratribus, capsam S.
Swiberti spoliare volentibus.* 151
- CAP. XII. *De Clerico morbido curato à S. Swi-
berto Episcopo.* 153



PRO-

(o)

PROLOGUS MARCELLINI A.D. D.GREGORIUM TRAJECTENSEM EPISCOPUM.

Venerabili & dilecto in Christo
Domino & Patri D. Gregorio,
sanctæ Traiectensis Ecclesiæ
Episcopo & Frisonicæ gentis prædicatori
eximio, Marcellimus presbyter, genti-
lium præparator inutilis, bonum, quod
præstat omni bono. Multoties dudum
exhortando pie monisti me verbis &
scriptis novissimè verò præcepisti* tuâ* Mihi.
paternâ authoritate, beatissime Pater,
quatenus conscriberem & in lucem pro-
traherem sanctissima exordia nativitatis,
ac magnifica gesta, sive virtutes & meri-
torum præconia S. Swiberti Pontificis
& egregii paganorum præparatoris, ne
tam magnifica & virtuosa opera tam
gloriosi Patris obliscantur, sed scriptis
ea commendarem, ut ea agnoscat gene-
ratio

A

ratio

PROLOGUS

rātio altera patribus succedens, & in
perpetuā maneant memoriam, ed quod
æterna sapientia, dum viveret, excellen-
tiā suā singularis vitae signis & pro-
digiis probavit, ac nunc secum regnare
crebris miraculis quotidie in Werdā ad
decus suā Ecclesiae & salutem suorum
fidelium manifestat; ut tu ipse benē exper-
tus es, ut mibi literatoriè insinuāsti, dum
à Coloniā Agrippinā Trajectum celeriter
navigans, ferè cum tuis apud Werdam
naufragium passus fuisses, ed quod sine
salutatione S. Swiberti festinanter præ-
terire proposuisti, quia arduum negotium
Ecclesiae Traiectensis valde te urgebat.

Obser-
va mi-
racu-
lum, &
cave
Sanctos
contem-
nere. Moxque memor S. Swiberti, emissō voto
DEO, ut ipsum visitares, periculum
& naufragium protinus evasisti. Sed
mirari non sufficio, gloriose Antistes,
quod mibi tantum onus imponis, cum
tui nominis tuaque nobilitatis fama mul-
tis in locis magna dignaque memoratu
habeatur. Quippe qui litterarum scien-
tiā viges, & præpollente stylo rhetori-
cōque ornatu dictitare, floresque Sancto-
rum contexere & compilare consuevisti.
Prætereā in conventu tuo Traiectensi te-
cum aliquot oratores & rhetores, ac di-
versis scientiis præditos, me utique lite-
ratiōres, magnificos habetis & regitis
magistros

PROLOGUS.

3

magistros & doctores, qui elegantiori
serinone melius & ornatus componerent
gesta ipsius, quam ego: qui inveteratus
dierum, cuius sensus jam hebetati &
debilitati, ac vires corporis attenuatæ,
& fere consumptæ sunt; ut potè qui sexaginta
quinque annis pro modulo meo in-
desinenter prædicationibus & conversio-
nibus paganorum insudavi: quinque ante
pontificatum Sanctorum Willibrordi &
Swiberti, & quadraginta tam sub
sancto Willibrordo, quam sub sancto
Swiberto, & decem & sex sub egregio
Pontifice & martyre S Bonifacio, præ-
decessore tuo, & quatuorjam sub te, qui
me Darentiam & ad paganam gentem Marcel
Transiselanam cum dilecto confratre & linus &
patriota meo Leuno presbytero misisti, Lebui-
prædicaturum ipsis sanctum & terribile nus
nomen Domini. Et quia pridem, ut stiūn
prælibavi, creberrimâ tuâ exhortatio- annun-
ne, & solerti monitione tuorum aliquo- ciant
rum confratrum persæpè requisitus, ut Transi-
conscripterem, procul dubio non teme- selanis.
rariè recusavi vel dimisi, sed piè distuli
propter pusillanimitatem & imbecillita- 18.131
tem meam, ineptum me judicans ea con-
scribere: tamen, quia nuper tuâ ponti-
ficali autoritate & diffinitione sive con-
clusione Canonicorum Dominorum meo-

A 2

rum

PROLOGUS.

rūm Conventus Traiectensis, à me spe-
cialiter eadem sanctissima gesta ipsius
conscribi decrevisti, & mihi strictè præ-
cepisti, è quod à juventute meā in An-
gliā cum illo conversatus fui, & cum
ipso & s. Willibordō & ceteris Confrat-
ribus meis ex Angliā in Germaniam
navali evectione deveni & s. Swiberto
ministravi, donec optimus Confrater
noster Willeicus dignus sacerdos Dei, ipse
devotè servivit, & cum illo ad Boructha-
rios proficiscens, fideliter cum eo verbum
vitæ ipsis prædicando evangelizavit, me
manente & annunciantे verbum salutis
& vitæ gentibus & neophytis tuæ Dia-
cesis. Idemque, ne inobediens & temera-
rius censear, tuis volens parere manda-
tis & petitionibus, tuisque & Confrat-
rum tuorum Canonorum Conventus
Traiectensis precibus, & præcipue me-
ritis sanctissimi Confessoris & Pontificis
Swiberti confusus, rejecto pudoris vela-
mine, licet imperitia mea dehortabatur,
suadebat tamen charitatis virtus impe-
riosa, dicente Paulo: Charitas vincit
Psal. 80. omnia. Spem ergo ad illum dirigens,
qui dixit: Aperi ostium, & ego ad-
implebo illud: Os meum aperui, &
attraxi spiritum: quo non solum, quæ
de eodem s. Swiberto à veridicis audivi,
sed

PROLOGUS.

sed & quibus interfui, & quæ oculis meis
vidi, licet rudi ac plebejo sermone com-
pilando, pauca de multis, tamen vera
digna relatu, aptaque memoratu digessi
de eo, ut plerique in conventu Trajecten-
sium impræsentiarum feliciter militan-
tes viderunt, & audierunt. Quapropter
peto, ut grammaticè me excusatum
cum tuis habeas, orans, ne verborum
nodositas, aut argumentofosa loquacitas Deut.
in præsenti legenda à diserto lectore re- 16.
quirantur: quia & nemus in templo Do-
mini plantari prohibetur, & iniustè me
sentio, descriptorum gesta tam magni-
fici Christi Pontificis regulis Donati sub-
jace, aut Aristotelicis parere argu-
mentis: quoniam & argumentum secu-
lare perii, ubi virgo Deum peperit,
& sapientia hujus mundi stultitia est 1. Cor. x
apud Deum: qui utique errarent, si
verba potius quam res perpenderent, &
non magis virtutem rerum & gratiam
sancti spiritus spectare plauderent, quam
verborum phaleras pompaque sermo-
num. Quoniam quidem regnum cœlo-
rum non in eloquentia, sed in fide con-
stare, & salutem saeculo non ab orato-
ribus, sed à piscatoribus nuciata fuisse,
fidelium neminem ambigere, aut ignora-
re credimus. Hæc igitur sunt, quæ de

PROLOGUS.

*eo conscripsi, dulcissime Pater & optime
Pontifex, & sanctitati tuae transmisi,
ut tuâ auctoritate, si quidem judicas
dignum, rata & firma permaneant,
et que, ad quoscunque venerint, pontificali
tuo decreto roborata valeant: petens
sincero corde, & humiliter efflagitans,
ut ea, quæ rudi stylo de eo digessi &
conscripti more Evangelistarum, qui
plano stylo Evangelia Christi conscrip-
serunt, sanctitas tua corrigere, & ur-
baniori stylo cum tuis Canoniciis, Do-
minis & Magistris meis, perlucidare dig-
netur, si placet & utile sit, nè efficiar
blasphemantium & detrabentium mag-
norum magistrorum devisio; sed, ut
Christus, qui est gemma Pontificum,
& gloria Sacerdotum, meritis sancti
Swiberti magnificetur & glorificetur, qui
est benedictus in secula seculorum.*



VITA

VITA
S. SWIBERTI
EPISCOPI.

CAPUT I.

*De nobilitate parentum S. Swiberti, ac
præsagio suæ nativitatis.*

Tempore, quo sanctissimus Mar-^{I. Martis}
tinus Papa & Martyr in Apo-^{Hic}
stolicâ Romanorum Sede præ-^{Pontifex}
sidebat, & universalem orthodoxæ fi-^{in Exilio}
dei Ecclesiam feliciter gubernabat, ac^{mortuus}
est.
Constantinus sive Constans, qui Avo-
suo felici Heraclio Imperatori in Ro-
manorum Imperium successerat, im-
peraret, atque gloriosus & inclytus Os-
winus Rex, frater S. Oswaldi Regis &
Martyris, sceptra Regni Angliæ divinâ
providentiâ auspicabiliter gubernaret,
scilicet anno à nativitate Domini sex-^{Anno}
centesimo quadragesimo septimo, in 647.
Angliâ in Regno Nord-Humbrorum,
quod est ad aquilonarem Humbri
fluminis plagam, ubi gens habitabat
cum Rege suo, erat quidam Princeps,
comes de Nortingram, Sigebertus no-^{Parentes S.}
mine, ex spectabili Stemmate, nati-^{tes S.}
vitate excellentissimus, miles strenuus ^{Swi-}
^{berti.}

A 4 armis

armis & industrios, habens conjugem quandam devotam & ingenuam fæminam, nomine Bertam, ex nobilissimis & splendidissimis Anglorum Principibus propagatam: cuius Mater Ostrida; cuius Pater Edilredus; cuius Pater Ostus; cuius Pater Eustiglus; à quo Britannia Anglia appellata est. Qui cælibes conjuges, divinis præcincti legibus, miræ virtutis fulserè insigniis, Deum timebant, & præcepta ejus observabant; religiosis aëtibus, crebris precibus, eleemosynarum aëtibus, five charitatis & misericordiæ operibus quotidie intenti insistebant. Bertha verò pia & nobilis Comitissa, videns multorum Principum & militum filios in Episcopos & Abbates exaltatos, qui Anglicanum populum Domini noviter conversum in fide confirmabant, sine cessatione dies affiduabat orationibus & eleemosynis, petens à Deo talem sibi filium dari, qui jugiter in templo sibi serviret. Dominus autem, qui velox est exauditor humilium, tali eam dignatus est gratiâ consolari. Nocte enim quadam, dum instrato suo cum Comite marito suo repausaret & dormiret, vidit in somnis in firmamento cæli unam stellam miræ

*Pietas
Paren-
gum S.
Swi-
berti.*

*Viso
Bertha.*

miræ magnitudinis, inter cæteras Stellas inæstimabili claritate cælestis gloriae fulgurantem. Cujus radius clarior & fulgentior erat Sole, ex cuius Orientali parte duo lucidissimi longi radii fulgurantes procedebant : quorum unus versus Germaniam, alter versus Galliam se exteadebant. Cùmque diu super his miraretur, tandem splendor nimius ejusdem stellæ & odorificæ suavitatis fragantia totam suam perlustravit cameram : ac stella illa splendidissima ex firmamento cadens, cecidit super stratum ejus, in quo quiescendo recubabat, circumdans eam. Attonita verò ipsa & nimirum turbata ac territa, subito præ timore casus illius stellæ excitata, impetuose clamare cœpit. Sigebertus autem de tam insolita excitatione, & grandi turbatione ejus expergesfactus, deprehendit eam valde pavidañ, & trementem, & admirans aromatis raritatem, & splendoris claritatem, turbatus fuit. Ipsique Comiti suo pia Matrona post diutinam consolationem causam suæ turbationis sciscitanti, visionem præfataam cum magnis singultibus retulit & enucleavit. Ipse verò in se reversus, rem tacitus considerans, ipsam benignè

A 5 confo-

consolans in Domino, precibus vigiles permanserunt usque manè. Statimque aurorâ radiante, venire ad se petierunt Sanctum Aidanum Lindisfarnensem sive Augustaldensem Episcopum, sibique tanti negotii visionem diligenter exponunt. Qui sancti Spiritus gratiâ inspiratus, respondit: Hæc visio divinitùs manifestata, non solùm exultationis regni nostri materia est, verùm etiam multarum nationum gentibus gaudium erit: quoniam puer Deo donante nascetur vobis, qui lucerna Patriæ, & summus Pontifex, ac constantissimus propagator fidei Christi, populis Dei est futurus in viam salutis æternæ.

Quod illi audientes, diutissimè Deo retulerunt laudes: & deinceps castè viventes, precibus & jejuniis, ac operibus misericordiæ præstantiùs institerunt. Adveniente autem venerandâ horâ, quâ benedictus puer à clarissimâ genitrice nasceretur, subito totam illam regalem cameram, fulgor nivinius replevit, stupentibus & mirantibus extibus cunctis: mansitque irreverberatis

S. Swiberti nativitas mirabilis in quâ felix Berta pareret, radiis protensus, donec peperit filium suum. Quo nato paulatim claritas recessit. Matronæ verò illic cum obstetricibus

tricibus congregatæ , gloricantes
Deum , ubique promulgaverunt mag-
nalia claritatis & visionis Bertæ piæ
Comitissæ. Nato verò puerō , Swi-
bertus à parentibus appellatur , nomi-
ne Avi sui Comitis de Nortingram.

CAPUT II.

Ut Scholas visitaverit.

Itaque S. Swibertus puer aquâ & Spi-
ritu sancto purificatus , ab incuna-
bulis Deo mancipatus , sanctisque pol- *Sancta*
lens exordiis , sanctioribus verò post *ejuspu-*
modum insistens studiis , sanctissimo *eritia*
fine cursum vitæ consummavit. Nam-
que per momenta ætatum & incre-
menta temporum , Dei , quam susce-
pit , gratiam piis augmentavit aëtibus ,
atque animum suum perfectè à juve-
nilibus cohibens illecebris , omnia , quæ
virtutis habentur , peregit : vitiorum
seu voluptatis deceptivam mollitem
cavit : Ecclesiam & divina mysteria
haud segniter frequentabat , & quæcun-
que ex prædicationibus audierat , me-
moriae firmiter commendabat : paupe-
res insuper in castro de Nortingram
avi dissimè ducens exceptit & pavit . Fre-
quentans scholas , & ex quo erat capax
ingenio , omnia , quæ à magistris audie-
rat ,

rat, animo retinuit. Proceres verò & milites lui castri, ut cuncta illius verba & opera virtutem fidei redolere videbunt, admirantes, quasi spiritu propheticō, ad invicem dicebant: Si puer isti Dominus concederit vitam, sanctus erit. Erat enim puer summæ mansuetudinis & pietatis, vitiorum fugax & contemptor.

CAPUT III.

Ut monasterium petierit.

*Ample-
ctitur
vitam
monas-
ticam.* Et quia quotidie de virtute in virtute tem proficiebat, divini amoris igne succensus, ac sancti Spiritus gratia à juventute illustratus, cum attigisset decimum quintum aetatis suæ annum, monasticam sæculari vitam prætulit, in quâ liberiùs cœlestibus vacaret studiis, & in bonis religionis se operibus abundantius exercebat. Audierat enim, quod in Provincia Lindissa esset Monasterium Beardanense, cui præfuit Abbas Higbaldus, vir mansuettissimus & sanctissimus: in quo multi sancti patres ex Hiberniâ, Scotia & Angliâ regulari institutione insignes, pietatis & charitatis opera diligenter observantes, die noctuque indesinenter in magna penitentiâ Deo servirent:

servirent: proposuit animo spretis pa-
 ternis divitiis & deliciis, illuc Deo
 opitulante etiam intrare, & habitum
 Religionis assumere. Quod ubi pa-
 rentibus suis flexis genibus humiliter
 enarravit, habitâ aliquâ deliberatione,
 memores antedictæ visionis, libenter
 ejus votis ac desideriis cælestibus an-
 nuerunt, eumque insistere cæptis saluta-
 benter
 ribus cum multis lachrymis jubent. *eius*
 Igitur Vale dicto, & osculatis parenti-
 bus, S. Swibertus perspicax juvenis to assen-
 perrexit, uno tantummodo puerco co-
 mite, ad præfatum Monasterium cum
 literis commendatitiis, sibi ab illustri
 Comite patre suo traditis, ibique gratio-
 se receptus, Monachorum famulatu-
 se tradens, diligenter ea, quæ mona-
 sticæ castitatis ac pietatis erant, & disce-
 re curabat & agere. In quo scientiam
 sacrarum Scripturarum, & bonorum
 operum sumens exempla, tonsuræ Ec-
 clesiasticæ coronam devote suscepit.
 Quâ susceptâ, ætatem moribus & vir-
 tutibus transiens, ira le modestè & cir-
 cumspetè in omnibus gessit, ut à ma-
 joribus quasi unus ex ipsis amaretur
 & veneraretur. Nam, cum ipse cun-
 etos charitate perfectâ diligenter, dili-
 gebatur à cunctis: quia totum se in
 Dei

Paren-
tes li-

benter

eius

proposi-

tiuntur

to assen-

perrexit

uno tantummodo

puero co-

mite

ad præfatum

Monasterium

cum

literis

commendatitiis

sibi

ab illustri

Comite

patre suo

traditis

ibique

gratio-

se

receptus

Monachorum

famulatu-

se

tradens

diligenter

ea

quæ mona-

sticæ

castitatis

ac pietatis

erant

& disce-

re

curabat

& agere

In quo

scientiam

sacrarum

Scripturarum

, & bonorum

operum

sumens

exempla

tonsuræ

Ec-

clesiasticæ

coronam

devote

suscepit

Quâ

susceptâ

ætatem

moribus

& vir-

Virtu-

tibus

transiens

ira

le

modestè

& cir-

tes

S.

cum

specetè

in

omnibus

gessit

ut

à

ma-

ji-

oribus

qui

si

unus

ex

ipsis

amaretur

berti.

&

ve

nere

re

Nam

cum

ipse

cun-

etos

charitate

perfectâ

diligeret

dili-

gebat

à

cunctis

: quia

totum

se

in

Dei

*Initia-
tur Su-
cero-
tio.*

Dei servitutem transfudit. Cumque in eodem monasterio per novem annos in magna continentiae & abstinentiae castigatione vixisset, gratiam compunctionis semper ad cælestia suspensus, non modicam curam sacrissimis lectionibus simul & monasticis disciplinis sedulus impendens, insistens jejuniis, orationibus & indefessis vigiliis, Presbyteralis ordinis dignitatem adeptus, eundem gradum condignis consecrans actibus, acceptabile sacrificium obtulit Deo. Et licet esset carne nobilis, multò tamen animo & virtutibus nobiliorum se exhibuit. Erat enim eximiæ pietatis & religionis, ornatus decorè omnium virtutum, orationum devotioni solertissimè intentus. Ipse tempore matutinæ Laudis saepius ad diem usque in orationibus devotissimè persistebat, dirigens animum ad cælestia semper amanda & petenda: & hoc alios docendo, magnam de se cæteris fratribus ædificationem dabat, ita, quod ubique fama & gloria virtutis ejus in laudem Dei prædicabatur.

CAPUT

CAPUT IV.

*Ut revocatus à monasterio per sanctum
Egbertum Archiepiscopum, factus sit
Canonicus Eboracensis.*

Igitur, postquam in eodem monasterio decem & sex annis strenue Christo militasset, ac inter fratres quasi fulgens Lucifer inter astra, ut dictum est, processisset, facta est fama nominis ejus, divinâ providente pietate, per universum regnum Nord-Humbrorum in tantum celebris, ut non solum Regis & suorum Primatum stupere & mirari faceret aures, verum etiam cunctorum Prælatorum; ita, ut veluti vir Apostolicus prædicaretur à cunctis. Gaudebat Rex de tam nobilis viri virtutibus. Gaudebat & inclytus Sigebertus Comes Pater ejus cum felice Bertâ Matre ejus, Deo immensas referentes gratias, de tam celebri filio, perpendentes præsigium visionis & interpretationis ejus sensim adimpleri. Sed præcipue S. Egbertus Archi-Episcopus Eboracensis Ecclesiæ, audiens digna præconia ipsius, & ipsum multis fulgere virtutibus, nimio repletus gaudio, ipsum accersitum cum honore sibi præsentari jussit, & in Ecclesiâ Metro-

Fit Ca- Metropolitanâ sanctissimi Principis
nonicus Apostolorum Petri in Eboraco ipsum
Ebora- Canonicum ordinans, illic secum ma-
censis.

Metropolitanâ sanctissimi Principis nonicus Apostolorum Petri in Eboraco ipsum Canonicum ordinans, illic secum manere & Christo servire præcepit. In quo conventu tam strictè per biennium jejuniis, orationibus, vigiliis & monasticis disciplinis se mancipavit, ut magis Angelicam, quam terrenam videretur ducere vitam. Et cum esset sic forma

& exemplar omnibus fratribus, perfectè

Cre- & regulariter viventibus, electus fuit in
tur Ab- Abbatem Monasterii, dicti Dacore :
bas Da- quod Monasterium cognomen accepit
coren- ab amne, super cuius ripam constru-
sis. etum haec tenus patet. Eodem tempore

Mira tanta erat devotio hominum Anglie-
Anglo- narum, postquam tota insula fidei sa-
rum pietas. cramentis erat imbuta, ut non solum

nobiles, ignobiles, clerici, laici, verum etiam Reges & filii Regum de gente Anglorum, spretis regnis & deliciis mundi, eligerent ex maximâ devotione ad tempus peregrinari pro Christo in terris. Quidam ad docendum indoctos,

S. Co- ut S. Columbanus Abbas, qui cum duodecim clericis Galliam perlustravit, &
lumban- in fide confirmavit: Quidam ad visitan-
nus. dum loca Sanctorum, utpote Coad-

Coad- walla, præpotens Rex Angliae, & Offa
walla *Rex Cantuariorum: qui anno ab incar-*
natione

natione Domini sexcentesimo octua- & Off
gesimo nono Romam proficiscentes, Reges
relictis regnis temporalibus, ut cœ- fiant
lestis regni introitum & gaudia æterna Monas-
adipisci possent, à Sancto Papà Sergio chi, an
in Monachos attonsi, Regi Regum de- 689.
votè militaverunt. Quidam ad con-
vertendum incredulos, vel in solitu-
dine anachoreticam vitam ducentes, ut
Sanctus Jodocus, Sanctus Winocus, SS. Jon-
filii Regis Angliæ, & plures alii. Ehi do-
omnes, ut familiariùs à Deo & Sanctis & W.
ejus recipi merentur in cœlis. Sed Reges
S. Swibertus electus in Abbatem, occul- anache-
tiori consilio Spiritus Sancti edoctus, retæ.
non propriâ salute contentus, honori
renuncians, magis elegit in exteris par-
tibus amore Christi peregrinari, & po-
pulos incredulos, sedentes in tenebris,
dispensante divinâ gratiâ, ad lumen fi-
dei convertere, quam paucis præcessisse
Christicolis. Rexit tamen idem Mo-
nasterium vice Abbatis, ex mandato
Sancti Egberti Archiepiscopi, unum cir-
citer annum.



CAPUT

C A P U T V.

Ut SS. Wilfridus Episcopus, & Wigbertus Presbyter, primi per Frisiam & inferiorem Saxoniam Christum prædicaverint.

Taque anno ab Incarnatione Domini 677. cùm S. Wilfridus Episcopus Lindisfarnensis sive Augustaldensis, deindè Merciorum, novissimè Eboraensis Archiepiscopus, Romam iturus navem ascendisset, flante Favonio pulsus est ad Frisiam, & honorificè suscepitus à barbaris, simul & à Rege Aldgillo, prædicabat eis per hyemem Christum, & aliquos verbo veritatis instruens, à peccatorum suorum sorribus fonte salutari abluit. Et sic ipse S. Wilfridus primus opus Evangelicum cœpit illic exercere, quod egregii viri & Pontifices SS. Willibrordus & Swibertus postmodùm cum suis sociis, cum devotione magnâ compleverunt. Cùmque rumore probato Frisiam & Saxoniam idolorum cultibus sordescere & longâ infidelitatis cæcitate irretitos teneri, ad aures Sancti Egberti pervenisset, valdè doluit, statuensque salubri deliberatione cum plerisque Sacerdotibus illuc tendere, ut eos ad agnitionem fidei prædicando per-

*S. Egberti
zelus*

perduceret, divino oraculo retentus, ergo misit ad eos unum de Canonicis suis *converso* Wigbertum nomine, cum duobus pueris & clericis, eò quod ipse esset in *Friso-*
contemptu mundi & doctrinæ scien-
tia insignis. Qui ascendens navim, &
in Frisiā perveniens, duobus conti-
nuis annis genti illi, ac Regi Radbodo *Wig-*
verbū salutis prædicabat. Sed ob- *bertus*
stante diabolicæ fraudis astutiâ, cum *Frisis*
barbarici moris rigido populo plerūm- *prædi-*
que disputans & prædicans parum pro- *cat*
fecit: infectoque negotio Angliam *Chri-*
versus tristis transfretavit. De cuius *stum.*
infructuoso reditu Sanctus Egbertus,
lachrymarum imbre perfusus, mul-
tum ingemuit.

CAPUT VI.

Ut SS. Willibrordus & Swibertus, cum aliis
decem presbyteris ad Germaniam missi,
prædicaverint Christi fidem.

Attamen magnificus Præsul S. Egbertus, sitiens & affectans salutem *cim* omnium hominum, & præcipue pa- *Mona-*
ganorum Frisonum & Saxonum, eò *chis mit*
quod Angli ab eis propagati sunt, non *tuntur*
desistens à bonæ voluntatis inchoato *ex An-*
proposito, tentavit adhuc in opus ver- *gliâ ad*
bi Dei mittere illuc sanctos & indu- *conver-*
strios

Germaniæ. strios ad prædicandum verbum vitæ strenuos & idoneos viros, utpote aetione & eruditione præclaros. Elegit ergo & congregavit instar duodecim Apostolicos viros, in fide constantes ex diversis Monasteriis ad prædicandum Germanis Catholicam fidem. Fuerunt autem hi missi: Willibrordus, Swibertus, Acca, Wigbertus, Willibaldus, Winibaldus, Lebuinus, duo Ewaldi, Werenfridus, & ego minimus omnium Marcellinus, qui hanc historiam, sicut & Sancti Willibrordi conscripsi. Omnes præfati Presbyteri & Sacerdotes fuerunt, ac Sanctissimus Adelbertus Levita, filius Regis Deirorum, qui pro Christo dimittens regale patrimonium, cum prædictis electus à S. Egberto, amore Christi peregrinum non recusavit exilium. Et quoniam hi sancti Doctores propagare potuerunt Evangelium Christi in lingua germanica. Quorum aliqui postmodum palmam Martyrii coronati fuerunt: alii prædicationibus continua inter barbaros usque ad obitum perstiterunt: alii vacantibus Episcopiis subrogati

rogati fuerunt, ut infrà patebit. Igitur præparatis omnibus, quæ tantis viris necessaria videbantur, mox præfati duodecim egregii Dominici gregis arietes, salutatis amicis & parentibus, acceptâ benedictione tam eximi Archi-episcopi, supernâ comitante clementiâ, prospero vento celeriter in Wiltenburg sive Trajectum advehuntur, anno scilicet ab Incarnatione Domini 690. Pontificante Romæ Apostolico viro S. Sergio Papî, anno suo tertio; Imperante piissimo Imperatore Justiniano, ac regnante in Angliâ glorioso Alfrido Rege Nord-Humbrorum, qui Catholicas Ecclesiæ regulas sequi semper & amare desiderabat: Episcopante in Ecclesiâ Coloniensis Aldewino, decimo Episcopo ejusdem Ecclesiæ. Qui, postquam illò advenissent, ordinaverunt & instituerunt inter se eandem conversationem, quæ in initio nascentis Ecclesiæ fuit Apostolis & discipulis Christi: in quibus nullus eorum ex his, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant eis *Act. 4. omnia communia.* Intrantes ergo Trajectum & citeriorem Frisiam, ubique constanter Christum evangelizabant. Sed parum primò profecerunt, eo quod Frisones essent homines indomabiles,

*Anno
690.**Aldo-
winus**10. Ep-
scopus**Colens.**Friso-
nes fi-
dem e-*

versan- mabiles, duræ cervicis & barbaræ
ur. mentis, magis idolis, quam Christo
 servire gaudentes. Et non solum ar-
 roganter aspernabantur eos & legem
 Christi, sed atroci morte ipsos op-
 primere, nisi desisterent, minabantur.
 Quod attendentes sancti Sacerdotes,
 iplis charitatib[us] condolentes, devoto
 corde precabantur Deum, quatenus
 gentibus illis, ad quas missi erant,
 tantam gratiam conferre dignaretur
 illuminando corda eorum, ut abomi-
 natis idolis, eorumque cultu, spre-
 tis sanorum fatuitatibus, & augorio-
 rum fallaciosis blandimentis, crede-
 rent in eum, ne tam formosas perso-
 nas insatiabilis Tartarus voraci fauce
 absorberet, & in perditionem secum
 traheret.

C A P U T VII.

*De Martyrio S. Wigberti & constructione
 sanctæ Traiectensis Ecclesie.*

*Diffi-
 culter
 Frisi
 possuns
 duci ad
 Chri-
 stum.* MOrabatur autem perfidus Rad-
 bodus Rex Frisiæ illo tempore
 expulsus à Trajecto per illustrem &
 Christianissimum Principem Pipinum
 duci ad de Herstallo Majorem domus Fran-
 ciæ, apud Insulam Fostelandiæ, quæ
 à quodam Dœo suo, dicto Foste, tunc

Foste-

Fostelandia appellabatur, quæ valde
solemnis erat propter superstitionem
festam idolatriæ. In quâ insulâ Sa-
cerdotes Dei, suggestione S. Wigberti
convenientes, profana statim delu-
bra Jovis & Foste destruxerunt & con-
stanter prædicando, tres solummodo
homines Sathanæ pompis abrenun-
ciantes Orthodoxæ junxerunt fidei.
Radbodus vero Rex, strenuissimus i-
dololatra, odio habens Christianos, au-
diens idola sua destructa à Christia-
nis, iratus valde, atque injuriam deo-
rum suorum ulcisci disponens, S. Wig-
bertum, quem dudum noverat Chri-
stianum, unum ex consociis Sancto-
rum, diro tormento jugulari jussit, ^{Mar-}
qui continuâ prece Deum exorare fo-
lebat pro consequendâ palmâ Marty-
rii, cæterosque eliminavit ab Insulâ ^{tyrium}
prædictâ. Sacerdotes vero perpen-
dentes, quoniam Radbodus Rex ne-
quâquam ab idolorum culturâ desiste-
ret, & quod in lucrandis animabus
parum proficerent propter Tyranni-
dem Regis, diverterunt ad præfatum
Principem Pipinum: à quo gratanter
sunt suscepiti. Et quia nuper citerio-
rem Frisiæ, expulso Radbodo Rege ^{Pipinus}
^{Sancti} ^{Wig-}
^{berti.} ^{suâ} ceperat,

autho- ceperat, illò eos denuò ad prædicari-
ritate dum misit, præcipiens paganis sibi
prædi- subditis authoritate regiâ, ne quis præ-
catores dicantibus quicquam molestiæ inferret.
Friso- Unde factum est opitulante divinâ gra-
num tiâ, ut multos quotidie in brevi præ-
suetur. dictione suâ ab idolatriâ ad fidem con-
Traje- verterent Christi. Atque convenientes
etum ad castrum Trajectense, quod pridem
olim Wiltenburg dicebatur, quod in potes-
Wilten tate Orientalium Francorum eo tem-
burg. pore fuit & permansit, ubi dudum
 Imperante Heraclio Cæsare, inclytus
 Dagobertus sanctus Rex Franciæ, con-
 strui fecit Ecclesiæ in honorem S.
 Thomæ Apostoli: quam non multò
 post præduriæ cervicis Frisones solo
 tenus destruxerunt. In quo loco pro-
 * eccle- pè ruinam illius prioris * Ecclesiæ S.
 siæ. Thomæ, anno à Nativitate Domini
 Traje- sexcentesimo nonagesimo quinto, su-
 eti Ec- perædificaverunt in honorem Sanctæ
 clesia Crucis oratorium: in quo renati, fon-
 S. Cru- tis consecrârunt baptisterium: ut Chri-
 tis eri- sti fideles ob defensionem castellani
 gitur. Trajectensis, securum illic haberent
 accessum ad suscipiendum sacri bap-
 tismatis sacramentum.

CAPUT

CAPUT VIII.

Ut S. Swibertus missus in carcerem, ab An-
gelo fuerit liberatus.

Deinde præfati Sacerdotes atten-
 des messem quidem multam,
 operarios verò paucos, iverunt more *Luc.*
Apostolorum & discipulorum Christi, 10.
 bini & bini, trini & trini: adjunctis sibi
 aliquot neophytis, in diversis Germa-
 niæ Provinciis fidem Christi gentibus
 denunciaturi. Inter quos S. Swibertus
 gloriosus Sacerdos Christi, divini amo-
 ris igne servidus, venit eodem tempo-
 re cum Werenfrido & mecum in gran-
 dem vicum, dictum Duerstat: qui vi-
 cus refertus fuit cæremoniis, ornatus
 que diversis idolorum templis, duo-
 bus distans milliaribus à Trajecto ad
 orientem. Ubi dum prædicaret Chri-
 stum verum Deum, qui vitam æter-
 nam in se credentibus daret, admo-
 nens, ut simulacrorum vanos & ina-
 nes contemnerent cultus, eò quod ido-
 la, quæ pro diis colebant, repleta essent
 ðæmoniis, & nihil salutis habere, nec
 suis cultoribus auxilium conferre posse
 affirmaret: statim à paganis & idolo-
S. Swi-
rum sacerdotibus capitur, & graviter bertus
verberatur, clamantibus & dicentibus: verba-

B 5

Blasphe- ratur.

Blasphe^mator iste nostram profanat le-
gem, deos nostros omnipotentes dæ-
monia affirmat, populum seducit, cru-
cifixum solum Deum verum audacter
prædicat, & nisi occidatur, aut effuge-
tur, cultus deorum nostrorum evacu-
abitur, & paternæ traditiones extermini-
Mitti-
tur in
carce-
rem. nabuntur. His dictis clamore omnium
tenetur, & in carcerem mittitur, ut
alterâ die occultè trucidaretur. Non
enim palam audebant ipsum occidere,
quoniam vicus erat sub ditione Chri-
stianorum Francorum. Nos verò
Werenfridus & ego Marcellinus do-
lentes & flentes sequebamur eum usque
ad carcerem. Quod cernens S. Swi-
bertus læto ore consolando, hortaba-
tur nos constanter stare pro fide Chri-
sti, nec mortem timere pati pro Chri-
sto. Eâdem verò nocte circa galli can-
tum, S. Swiberto orante, nobis autem
dolentibus, ecce venit Angelus Do-
mini cum magnâ claritate in carcerem,
dicens ei : Noli timere, serve Dei,
quia Dominus tecum est. Et viden-
Per
Ange-
lum e-
duci- tibus & stupentibus custodibus car-
ceris liberavit illum præcipiens, ut
constanter Christum paganis ubique
evangelizaret. Quo facto Angelus

DQ-

Domini æthera petiit. Ipse verò ad nos veniens, gaudenter flectens genua, & nos secum, gratias devotissimè Deo retulit de Angelicâ visitatione & consolatione. Pagani verò & præcipue sacerdotes idolorum alterà die audientes liberationem illius, vacillare cœperunt de impotentia idolorum, laudantes virtutem Christi. Ipse verò alterà die constantissimè prædicans, multos in stuporem virtutis, & ad Christum convertit, & nemo injecit manus in eum. Quo ministerio peracto, cùm Trajectum nobiscum pervenisset, omnia per Angelum patrata secum in Duerstat, confratribus enarravit. Qui unanimi voce, flentes præ gaudio, benedixerunt Deum.

CAPUT IX.

Ut vicam Hagenstein ad Christum converterit S. Swibertus.

Secessit deindè in diversos vicos & villas per Frisiā & Hollandiam ac Teisterbandiam, cunctis palam constanter Christum evangelizans. Et quamvis multa contraria inter ipsos gentiles in diversis locis perpessus fuisset, & æquanimiter tolerasset, tamen

Multo tamen divino semper fultus auxi-
à S. lio , salutiferâ suâ exhortatione popu-
Swiber lum multum ad agnitionem fidei
to con-
vertun-
sur. Christi perduxit. Eodem anno de-
 dum pervenit nobiscum, scilicet cum
 Werenfrido & me Marcellino , in o-
Concio rientalem partem Principatûs Hollan-
natur diæ , in quâ erat villa distans à Tra-
in Ha- jecto ad austrum per unum milliare,
gen-
Stein. dicta Hagenstein ; ubi, cùm insigni die
 quodam solennitatis gentilium venisset, in
 quo multitudo copiosa gentilium, deorum suorum cæremonias colens, funesta sacrificia thurificando idolis immolaret , accessit in medio illorum clamans & dicens : O viri sapientissimi, accedite & audite : nuntius enim sum Dei excelsi ; Dii enim isti , quos colitis, idola sunt, dæmonibus immundis repleta , qui vos decipiunt. Non sunt dii, sed opera manibus hominum compacta , & diaboli- câ arte inventa. Recedite ergo, charissimi, à culturâ eorum, credentes in Jesum Christum, qui verus est Deus, natus propter nos & nostram salutem ex purissimâ Virgine Mariâ, ut humaanum genus lapsum restauraret : qui, licet corpore propter peccata Protoplasti Adæ incarnatus & crucifixus fuit,

12-

tamen tertiam die in eodem corpore resurrexit, & discipulis suis cernentibus, ascendens in cœlum, sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis; inde venturus judicare vivos & mortuos. Et qui hic credunt in eum, renunciantes nefariis idolis, æternaliter gaudebunt in regno cœlorum: qui vero idolis serviunt, perpetuè cruciabantur cum diabolis. Credite ergo in eum, agentes pœnitentiam de ignorantia vestra, & baptizemini in nomine ejus, ut salvemini. Misericors enim est: ne simul cum diis pereatis, incidentes in ignem æternum. Cumque sic Christum constanter prædicaret, affirmans & concludens, quanta signa miraculorum sequerentur credentes in eum, festinanter volentes hoc experiri gentiles, illuc cum magno cœtu conglomerati obrulerunt, & adduxerunt ei quandam adolescentem, Giselbertum nomine, ab utero materno cæcum natum, clamantes & dicentes, ut fidem illius Dei crucifixi, ab eo tam constanter prolatam, veridicis confirmaret aëtibus, illuminando illum cæcum in nomine ejus, ut crederent in ipsum: sin autem, ipsum

tab-

tanquam inimicum deorum & destru-
etorem paternarum traditionum, re-
pentè cum suis trucidarent. Mox
Sanctus Swibertus justâ necessitate com-
pulsus flebit genua sua ad Dominum,
exhortans nos, ut similiter faceremus,
deprecans & dicens: Exaudi preces no-
stras, Domine Jesu Christe, & da isti
cæcq; visum ad gloriam benedicti no-
minis tui, ut sic per istius corporalem
illuminationem in istorum cordibus
gentilium spiritalis lucis gratia accen-
datur: & confundantur omnes, qui ado-
rant sculptilia, & gloriātūr in simu-
lacris suis: scientes, quia tu es solus
Deus, & non est aliud præter te. Ne-
que verò fides sua fecellit eum. Nam
surgens ab oratione, fiduciam magnam
habens in Christum, signum sanctæ
crucis faciens super oculos cæci, con-
stanter sonorâ voce dixit: In nomine
Domini nostri Jesu Christi veri Dei,
quem prædico, præcipio tibi, ut videas
& confitearis Creatorem tuum. Quo

*Signo
Crucis
cæcum
natum
illumi-
nat.*

dicto protinus cooperante divinâ cle-
mentiâ, adolescens aperiens oculos suos
clare vidi, & optato gaudens lumine,
Deo gratias agens, lætos cunctos effe-
cit & stupidos: provolutusque pedi-
bus

bus S. Swiberti, clamavit dicens: Non
est alius verus Deus, quām Jesus Chri-
stus creator cœli & terræ, quem iste
servus ejus ob salutem nostram prædi-
cat. Perculsi admiratione & obstupe-
facti gentiles, hæc nova videntes &
audientes, tumultuare contra S. Swiber-
tum desierunt, & compuncti cum Fla-
mine idolorum ejusdem villæ, veniam
protinus ignorantiae suæ precabantur.
Quos S. Swibertus coram Deo & homi-
nibus magnificus Sacerdos persuasio-
nibus Scripturarum in fide confirmavit.
Et factum est gaudium magnum in
eâdem villâ, & eâdem die, & magnifi-
catum est nomen Domini Jesu Christi
ab universis. Multos insuper ex eis *Multū*
credentes in Christum purgavit à per-
niciosissimâ superstitione idolatriæ *conver- tuntur* |
fonte baptismatis. Alterâ verò die, *à S.*
convocato omni populo cum cæco *Swi-*
illuminato in fano idolorum, prædi-*berto.*
cavit eis piè Christum & fidem Ca-
tholicam. In tantùm verò Christus
aperuit corda eorum, ut omnes ferè
credentes in Deum voluntariè, elimi-
natâ spurcitâ idolorum, redegerint
fanum deorum in Ecclesiam Dei,
quam postea idem S. Swibertus, me-
præsente

præsente, ordinatus Episcopus consecravit in honorem Dei & gloriose Virginis Mariæ. Cujus miraculi fama cùm p̄crebuissest veridica per vicinitatem, multi pagani cæcum illuminatum cognoscentes, sequebantur ipsum prædicantem: & audientes verbum Dei ex ore ejus, crediderunt nonnulli & baptizabantur ab eo.

C A P U T X.

*SS. Swibertns & Willibrordus Episcopi
consecrantur.*

Denique crescente quotidiè numero fidelium, prædicantibus cum magnâ devotione præfatis prædicatoribus, cùm credentibus gratiam baptismi, quicunque ex eis erant sacerdotali gradu prædicti, ministrarent, nec Ecclesiæ consecratas haberent, ad quas populum conversum convocare, & divina celebrare, & complere posserent: communi decreto omnium confratrum & neophytorum, duos ex eis in Episcopos consecrandos elegerunt, qui populo Frisonico præfessent verbo prædicationis, & Ecclesiæ dedicarent, & ordines sacros celebra-

celebrarent, ut potè S. Willibrordum *ss. Wil-*
 inter omnes meritò præfulgentem, vi-
tibror-
 rum humilem, & totius honestatis ex-
 emplis refertum: & S. Swibertum, vi-
di &
swi-
 rum corde mansuetum, Scripturis *fa-*
berti
 cris & Ecclesiasticis disciplinis apprimè *præ-*
stantia.
 instructum. Sanctus verò Swibertus
 in Britanniam sive Angliam perrexit
 cum Accâ & duobus Ewaldis, cæte-
 risque nonnullis neophytis, & ego
 Marcellinus cum eis. Venimus autem
 in conventum Eboracensem in vigiliâ
 S. Laurentii pretiosi Martyris: à quo,
 & præcipue à parentibus & amicis gra-
 tiosè recepti fuimus. Tandem tenden-
 tibus duobus Ewaldis confratribus no-
 stris de licentiâ S. Swiberti versus Hi-
 berniam, promissione factâ, ut nos
 sequerentur ad Germaniam, quantâ
 citius possent, migravit S. Swibertus
 nobiscum ad S. Wilfridum tunc Epis-
 copum Merciorum, sancto Egberto
 Archiepiscopo Eboracensi depresso
 gravi infirmitatis incommodo: expo-
 suitque ei causam, quatenus ex petitione
 fratrum in Frisiâ ab eo Episcopus con-
 fecraretur. Sanctus verò Wilfridus
 gloriosus Episcopus, ubi prosperauit
 ei opus Evangelii inter Frisones com-

C

perita

perit, magno gaudio exultavit in Domino, eò quod scintillam orthodoxæ fidei succenderat in mentibus multorum; & numerus credentium quotidie,

*S. Swi-
bertus
d. B.
Wilfri-
doordi-
natur
Episco-
pus,
anno
695.*

spretis abominandis idolis, augmentaretur, atque ipsum cum magnâ lætitia & solennitate consecravit Episcopum in festo S. Bartholomæi Apostoli, anno scil. ab Incarnatione Domini sexcentesimo nonagesimo quinto, vocatis ad se in ministerium ordinationis aliis duobus Episcopis. Quo consecrato dum remitteret ipsum, confortans & exhortans dixit S. Wilfridus: Dilecte frater: nullus te labor aut maledicorum hominum linguae & manus barbarorum deterreant, & noli timere eos, qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt: sed omni instantiâ, omnique fervore, quæ inchoasti, Deo authore, constanter perage. Scis enim, quod magnum laborem major æternæ retributionis gloria sequetur. Et osculans remisit ipsum cum sociis in ministerium Dei, retento secum Accâ dilecto presbytero & consocio nostro, quem in Episcopum *Acca
fit Epi-
scopus* Augustaldensis five Lindisfarnensis Ecclesiæ consecravit. Sanctus vero Willibror-

brordus eodem anno Pipinum Principe
m adiit, & cum illo longo tempore
permanens, detentus ab eo, tandem
anno sequenti Romam mittitur ad san-
ctum Sergium Papam, ut ibidem ab
ipso Episcopus consecraretur genti Fri-
sonum. Quod ita, ut petierat, est com-
pletum ab Incarnatione Domini anno *Anno*
sexcentesimo nonagesimo sexto, anno 696.
primo Leonis Imperatoris Romano-
rum. Sed S. Swibertus ordinatus fuit
anno quarto Justiniani piissimi Impe-
ratoris. Ordinatus autem fuit S. Wil-
libordus in Ecclesiâ S. Cæciliae Vir-
ginis & Martyris Archiepiscopus Fri-
sonum, in die natali ejusdem Virginis,
scilicet Cæciliae.

C A P U T X I.

*Ut S. Swibertus Episcopus comitatuum
Teisterbandiaæ converterit.*

Igitur sanctissimus Swibertus Evan-
gelicus Praeful Pontificali fultus au-
thoritate & honore, ac corroboratus
confirmatione S. Wilfridi, salutatis pa-
rentibus & amicis, cum Christi famu-
lis, qui cum eo erant, rediit in opus
Evangelii & verbi Dei, pervenitque
Wiltenburg sive Trajectum per annum
& multò amplius, antequam S. Wil-

C 2 libror-

*Lindis-
farnem-
sis.*

*Hunc
alii Le-
ontium
vacante.*

librordus Româ rediret Trajectum: ibique à fratribus & neophytis honorificè multo cum gaudio suscepitus, gradum Episcopatûs condignis ornans virtutibus, vixit deinceps in majori humilitatis, mansuetudinis, simplicitatis & justitiae perfectione, cœptumque Evangelicum opus constanter exemplens, oppida, rura, casas, vicos, castella propter evangelizandum, non equitando, sed Apostolorum more

Multos pedibus incedendo, peragrans, etiam in Fri- longè latèque Frisiā, Hollandiam & fia, præcipue comitatum Teisterbandiæ Hollan pervaгatus, multum populum ad dia & Christum doctrinis & prædicationibus Teister bandiæ reduxit, ubique solerter idololatriam con- extirpavit, ita quod multitudo pag- vertit. norum maximè jam profanam sectam refutantes, Catholicæ fidei documentis salutaribus adhæserunt. Convertebat verò suâ dulcissimâ prædicatione ferè totum comitatum Teisterbandiæ, in quo construebantur Ecclesiæ multis in locis, aut templo idolorum conse- crabantur in Ecclesias Dei & Sancto- rum, utpote Ecclesia sancti Vincen- tii Martyris in Zandwick propè Tielam: in Arkel, in honorem sanctæ Dei Ge- nitrinæ.

nitricis Virginis Mariæ: in Hoérnaer, in honorem S. Dionysii Areopagitæ: in Schoerewordt, in Authuesden, in Aelborch, in Woudrighen, in Ghiesen, in Rhyswick, in Almkerck, in Malsem, in Erkum, in Avesaer, & in pluribus aliis locis; quas cum magnâ devotione ipse consecravit. Erat enim affabilis & benignus omnibus, qui ad ipsum consolationis & ædificationis gratiâ conveniebant; atque conversam plebem per ipsum, orationibus protegebat assiduis, & admonitionibus saluberrimis ad cælestia vocabat.

C A P U T XII.

*Ut S. Swibertus quendam submersum à morte excitaverit, & ferè vicum
Duerstat ad fidem converterit.*

Cùm verò mirificavit Dominus S. Celsus Swibertum prodigiis & prædictabris S. tionibus, & favor virtutum ipsius celebri rumore Frisiam, Hollandiam & vicinas regiones illustravit, ut non solùm idololatræ & pagani, sed & Sacerdotes idolorum mirarentur & stu- perent in virtutibus & actibus ejus, voluit omnipotens Deus Deorum amplius in mirabilibus suis ipsum ante

C 3 con-

Anno
696.

Sub-
mergi-
tur
Spli-
terus
adole-
scens

conspectum gentium glorificare. Di-
vinâ namque providente clementiâ,
dum S. Swibertus anno ab Incarna-
tione Domini sexcentesimo nonagesi-
mo sexto, octavo Kalendas Octobris
dedicaret Ecclesiam in Malsem, in
comitatu Teisterbandiæ super amnem
Linghen dictum, contigit, ut eodem
die quidam generosus adolescens,
dictus Splinterus de Andengyn, filius
Primicerii de grandi vico Duerstat,
volens curiosè experiri mysterium fi-
dei Christi, & præcipue actus S. Swi-
berti, de quo mira audierat, licet ipse
incredulus & fidei ignarus esset, sca-
pham cum tribus clientibus manè ho-
rà ferè septimâ intraret, volens vide-
re dedicationem Ecclesiæ in Malsem,
eo quod villa Malsem distet à Duer-
stat ad Austrum parvo milliari. Cùm-
que in medio fluminis Rheni sive Lec-
cæ esset, & lascivè joculando & na-
vigando sedereret super littus naviculæ,
incumbens super mucronem suum,
lapsu pedum suorum ex lubricitate
naviculæ retrorsum cadens, cecidit in
aquam: quem statim vorax unda ab-
sorbuit, & in profundum quasi lapis
descendit, & submersus fuit. Quod
cer-

cernentes socii & servi in eādem na-
viculā positi, ipsum juvare & ei sub-
venire non valentes, dolore maximo
consternati utraque littora clamoribus
& fletibus compleverunt. De cujus
casu & submersione non solū parentes
& cognati dolebant; sed & luctus
erat omnibus, & mōrōre incredibili
confundebant universi. Servi verō
concito cursu fugerunt prae timore
parentum & amicorum. Tandem eā-
dem die, horā ferē duodecimā, à pis-
catoribus in sagenā cum multo dolo-
re inventus, lamentabiliter portatus
fuit in domum parentum; & licet in-
flexibilis esset artubus & membris,
tamen consilio flaminum idolorum
calido impositus lecto, defertur ad
fanum sive templum Martis. Audie-
rant enim, quod Christiani aliquot
submersos, sive subitō defunctos, in
Ecclesiis ipsorum portantes vitæ pri-
stinæ sacrificiis & precibus Episcopo-
rum restituissent. Guntherus verō
egregius miles & Dominus de Anden-
gyn, pater Splinteri submersi, pro-
perans cum familiā, & amicis ad tem-
plum Martis, libavit funestum sacri-
ficium, maectando diversa animalia.

magno Deo Marti, ut pietate divinæ potentiae suæ unicus filius suus reviviscens suscitaretur. Cumque lugubriter maestro & tribulato corde usque in horam ferè secundam precibus & sacrificiis incubuisset, & nihil salutis invenisseret, desperavit de vitâ ipsius,

*Mars
frustra
invoca-
tur.* et quod nunquam audisset priscis temporibus Deos ipsorum talia peregisse. Erant autem eodem die multi Christiani in eâ civitate, qui, ut viderent finem, sequebantur funus usque in atrium fani Martis. Qui videntes inenarrabilem dolorem Guntheri, & aliorum amicorum, gaudentes de impotentiâ Deorum, vocaverunt Guntherum seorsum, ut Christus ibi magnificaretur, suadentes & consulentes ei, ut celeriter pro S. Swiberto Christianorum Episcopo, existente in Malssem, ad quem filius suus equitare proposuerat, mitteret. Ipse procul dubio precibus suis resuscitaret eum virtute Domini JESU Christi, dummodi abrenuncians idolis, toto corde crederet in ipsum. Guntherus verò his auditis, memor, qualiter idem S. Swibertus in eadem civitate captus, liberatus per Angelum fuerit, & qualiter

qualiter in Hagenstein cæco nato in nomine JESU præstiterit visum: statim animatus & allectus verbis Christianorum, adjunctis sibi aliquot honestis amicis, sine dilatione Malsem usque celerrimè properavit: vidensque sanctum Swibertum, mox de equo desiliens, provolutus pedibus Sancti, osculando manus ejus, per ægra lacrymarum suspiria aperuit ei tristissimam mortem & submersionem unigeniti sui, deprecans, ut secum dignaretur proficiere Duerstat, & in virtute salutiferi nominis JESU, veri Dei omnipotentis, resuscitare filium suum, pollicens se cum omni familiâ suâ & cognatis crediturum, & sacram baptisma percepturum. Sanctus vero Swibertus ipsum humaniter elevans & honorifice suscipiens, benignè consolationem labatur: & licet condoluit lamentabilibus vocibus & gemitibus ipsius, tandem Deum tentare super hujuscemodi facto grandi formidans, se piè excusavit. Miles vero denud amplectens pedes ejus, importunè precabatur, ut secum peregere dignaretur, amore Jesu Christi Dei vivi. Sicque vietus ejulatu ejus, & præcipue

*S. Swi-
bertus
humi-
liter
excita-
tionem
defun-
cti de-
rectas.*

precibus Werenfridi & meis, alio-
rūmque neophytorum ibidem præ-
sentium celeriter vectus curru & nos
cum eo, venit circa sextam horam
post completorium in vicum Duer-
stat. Erat autem turba magna congre-
gata ad littus Rheni, sive Leccæ, præ-
stolantes adventum S. Swiberti, do-
lentibus profanis sacerdotibus fano-
rum. Igitur transmisso amne Lecca,
cùm iret ad defunctum cum discipu-
lis suis, sequente ipsum grandi turbâ
paganorum, occurrerit ei Domina
Mechtildis, mater Splinteri submersi,
ut insana mulier: provolutaque pe-
dibus ejus in publicâ plateâ, clamavit
dicens: Serve Dei vivi, succurre mihi,
& resuscita filium meum in nomine
Dei tui, credámque cum totâ familiâ
meâ in eum: quia Dii nostri impoten-
tes sunt ad resuscitandum eum. Quam
S. Swibertus elevans & consolans, pa-
rum ingemuit. Erat autem Splinterus
submersus denuò ex templo Martis
portatus in domum patris sui, veni-
énsque ad præsentiam defuncti, petiit,
ut flamines sive sacerdotes idolorum
dignarentur sibi adesse, ut viderent
virtutem Domini nostri Jesu Christi
Dei

Dei omnipotentis. Interim præcepit nobis devotè orationibus vacare, Dei que misericordiam implorare, ut defunctus resuscitaretur; & ipse oravit. Universâ igitur multitudine flente, cùm aliqui fanatici sacerdotes pavidi, vocati per Dominum Guntherum advenissent, sanctus Swibertus sonorâ voce, flexis genibus, lachrymarum imbre perfusus, clamavit ad Dominum, dicens: Domine Jesu Christe, qui refugium factus es nobis: inclina aurem tuam ad preces nostras, ut reveretur hominibus istis gloria tua, & prædicetur & glorificetur ab incredulis nomen sanctum tuum: ut sciant, quia non est vana fides nostra, nec aliud Deus præter te, cuius pietas non habet finem, nec dona mensuram: & resuscita ad gloriam & honorem nominis tui hunc servum tuum, diabolicâ fraude delusum, ut sciant, quod omnia idola, quæ pro diis colunt, statuæ sunt dæmonibus plenæ, videntes virtutem pietatis tuæ, credentes in te salventur. His dictis, surgens ab oratione, fiduciam magnam habens in Christum, dixit: Domine Jesu Christe, mæstorum consolator, qui dixisti:

Omn.

*Prece:
tio S.
Swiber
ti ad
Domini
nus
Jesum.*

Joan. *Omnis, qui credit in me, opera, quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet:*
 14. *Domine piissime Deus, qui resuscitasti ad fletum sanctorum sororum Mariæ Magdalenæ & Marthæ Lazarum quadrivium mortuum, resuscita & hunc in nomine tuo, ostendendo potentiam divinitatis tuæ. Et arripiens dexteram submersi, dixit: In nomine Domini Jesu Christi crucifixi, Dei omnipotentis, dico tibi, ut surgas & vivas, & confitearis Creatorem tuum.*
 Joan. *Statim verò defunctus aperiens oculos suos, & quasi de gravi somno suspirans surrexit, amplectensque pedes Sancti cum magnis suspiriis clamavit: Non est alius Deus in cœlo & in terrâ, quam Dominus Jesus Christus crucifixus, quem prædicat sanctissimus servus ejus Swibertus: qui me suâ benignâ misericordiâ ad preces ejus ab inferis & à morte resuscitavit. O vita laudabilis, quæ alterius corporis mortem precibus effugavit, tartarum spoliavit, spem magnam habens in Christo. Procul dubio mors ibi jura non tenuit, ubi S. Swibertus vim orationis ingessit. Statimque omnes mirati & stupefacti, qui viderant & audierant*
 Exci-
 tat
 mor-
 tuum.
 Multi
 hoc mi-

dierant novitatem tanti miraculi, di-
vinam pietatem per Dominum nostrum *conver-*
Jesum Christum dignis extulere præ-
coniis, qui sanctum Swibertum ser-
vum suum tam insigni clarificare mi-
raculo dignabatur. Pro voluntique pe-
dibus sancti Episcopi cum sacerdoti-
bus idolorum, credentes in Christum,
baptizari petierunt, spretis vanis cul-
tibus idolorum. Denique lætissime
accurrentes parentes & cognati, infini-
tas retulerunt Deo & Sancto ejus gra-
tias, devotè ipsum amplectentes & os-
culantes cum discipulis. Sed & ipse
S. Swibertus cum cæteris Christianis
humiliter in terram prostratus bene-
dixit Deum, qui magna fecit in popu-
lo suo. Tantus vero in plateâ erat
clamor paganorum, resuscitarum vi-
dere cupientium, ut S. Swibertus ne-
cessitate compulsus, resuscitatum ve-
stibus induitum per manus duceret cum
magnâ devotione ad honorem Dei, ut
à cunctis videretur. Quem vivum
& ambularem cernentes, clamave-
runt: Verè magnus est Deus Christia-
norum, qui talia per servum suum
operatus est. Factum est ergo gau-
dium magnum coram omnibus hæc
viden-

videntibus, & magnificatum est no-
 men Domini nostri Jesu Christi. Eo-
 dem tempore baptizatus est Splinterus
126.
Bapti-
zan-
tur.
 resuscitatus, cum parentibus & cog-
 natis, & aliis, numero centum viginti
 sex, demptis pueris & virginibus.
 Alterā denique die congregatā infinitā
 turbā hominum paganorum, Sanctus
 Swibertus præmissā oratione ad Spi-
 ritum Sanctum cum discipulis suis, ut
 Deus aperiret corda illorum ad sper-
 nendum idola, & ad fidem comple-
 tendam, prædicando deduxit, & de-
 claravit eis transgressionem protopa-
 rentis nostri Adæ, incarnationem
 Verbi Dei, diabolicam idolorum in-
 ventionem, atque infinitam misericor-
 diam Dei. Insuper, quod æternaliter
 damnabuntur, qui spreto vero Deo,
 adorant idola & sculptilia, & glorian-
 tur in simulacris suis: ita, quod ferè
 pars magna civitatis creditit in Chri-
 stum. Erat autem civitas, licet paga-
 na, sub potestate Christianorum Prin-
 cipum, scilicet Regis Franciæ & Pipi-
 ni Ducis, & tota ferè vicinitas & pro-
 vincia Christianæ fidei subdita, utpotè
 Brabantia, Flandria, & pars Hollan-
 diæ: sic quod pagani de Duerstat sæpè
 cum

cum Christianis conversati, pridem multoties multa de Christo audierant. Mansit autem multis diebus in eādem civitate, vigilanti instantiā prædicando fiducialiter Christum paganis, confirmingando neophytes, ita, ut non solum pagani, verūm etiam multi idolorum sacerdotes, videntes cælestem gratiam & miraculi magnitudinem in S. Swiberto, abjecto perfidiæ velamine, baptismi gratiam ab ipso devotè susciperent.

C A P U T . XIII.

*Ut Sanctus Willibrordus Romā rediens,
cum S. Swiberto per Frisiā
prædicaverit.*

ITaque anno à Nativitate Domini sex-
centesimo nonagesimo septimo, *Anno* S. 697.
Willibrordus adeptā jam Apostolicæ
benedictionis authoritate, consecra-
tusque Archiepiscopus à sancto Sergio
Papā, rediit ad Germaniam. Cui oc-
currens S. Swibertus cum clericis & *Wil-*
discipulis, & multis Christianis usque *libror-*
Embricam, recepit eum cum magnâ *dus*
honorificentiâ, & gavisi sunt in Bo- *bonori.*
mino. Audiensque S. Swibertum Epis- *fice à S.*
copum consecratum, & Comitatum *Swi-*
berto
Teister-

excep- Teisterbandiæ cum totâ ferè Bataviâ,
 tur. ac magnam partem inferioris Frisiæ
 prædicatione ipsius conversam, & Ec-
 clesiam Trajectensem numero fidelium
 valde multiplicatam, immensas devo-
 tè Deo retulit laudes. Deinde pariter
 Trajectum pergentes, statim in fundo
 Basilicæ sancti Thomæ Apostoli pro-
 pè castrum Trajectense, Canonicorum
 Cænobitarum construxerunt Ecclesiam
 in honorem S. Martini Episcopi Tu-
 ronensis: in quâ S. Willibrordus Ar-
 chiepiscopus Frisonum, Cathedram
 Ecclesiam sibi stabiliri jussit: quam per
 primitivam benedictionem SS. Willi-
 brordus & Swibertus Episcopi, cum
 cæteris confratribus, propriis mani-
 bus benedicendo consecraverunt. Dein-
 de mortuo Radbodo Rege Frisonum,
 Christiani liberè permitti sunt ubique
 per Frisiæ publicè Evangelium Chri-
 sti prædicare. Quapropter præfati
 sancti Episcopi cum sacerdotibus &
 clericis Hollandiam & Frisiæ ubique
 pervagantes, rudem populum docu-
 mentis Evangelicis informaverunt,
 docentes profanum idolatriæ cultum
 & abolendo relinquere: catechumenos
 Frisiæ baptizaverunt, neophytes confirma-
 verunt

SS.

Willi-

bror-

dus &

Swi-

bertus

Bata-

vis &

Frisiæ

verunt, sacros ordines celebraverunt, *prædi-*
 ac in pagis singulis Evangelium pacis *cant.*
 constanter & devotè prædicaverunt,
 & per loca singula Presbyteros & Dia-
 conos ordinaverunt, qui eos in verbo
 fidei & ministerio baptizandi adjuva-
 rent, maximè in magno vico Duerstat.
 In quo per biennium prædicantes, to-
 tum populum ad fidem perduxerunt
 Christi, ac fana idolorum commutan-
 tes in Ecclesias Christi, quinquaginta *52. Ec-*
 duas dedicaverunt Ecclesias Parochia-*clesias*
 les in eo, adjutorio Guntheri militis
 & aliorum amicorum. Et non solùm *Paro-*
 per Frisiam prædicaverunt & Lotha-*chiales*
 ringiam, sed & usque in Daniam præ-*in Du-*
 dicando, populum multum, purga-*cont.* ¶
 tum à barbarica gentilitatis idololatria, *Item*
 orthodoxæ junxerunt fidei. Cùmque *Lotha-*
 sic per aliquot annos ferventer Evan-*ringis*
 gelici Pontifices, & verbi Dei præco-*& Da-*
 nes pariter & continuè in diversis *nispri-*
 Provinciis Christum annuntiassent, re-*dicunt.*
 dierunt & venerunt cum exultatione
 Trajetum ad confratres & coopera-
 tores verbi Dei, enarrantes illis, quan-
 ta Dominus per illos fecisset. Et licet
 S. Swibertus egregius Pontifex, præ-
 cesserit S. Willibrordum tempore, ta-

D

men

men S. Willibrordus præcedit sanctum
S. Wil-
libror-
dus I.
Episco-
Traje-
tensis. Swibertum dignitate, & primus Archi-
Episcopus Traiectensis reputatur, eò
quod à S. Sergio Papa Archi Episcopus
Frisonum specialiter consecratus, & à
Sede Apostolicâ ad eundem populum
missus fuerit: atque quod ab illustri
Principe Pipino de Herstallo, & à glo-
rioso filio ejus Carolo Martello ex re-
gali donatione civitatem Traiectensem
cum suis appendicibus pro se & suis
successoribus Episcopis Traiectensis
Ecclesiæ impetraverit. Et ideo S. Swi-
bertus non Episcopus Traiectensis ap-
pellatur, sed Coëpiscopus S. Willibrordi.

C A P U T X I V.

*Ut sancti Socii & Presbyteri SS. Willi-
brordi & Swiberti in diversas Provin-
cias missi, Christum prædicaverint.*

Syno-
dus
Traje-
tensis. Deinde animadvertentes præfati san-
cti Pontifices & egregii prædica-
tores, qui cum eis ex Anglia venerunt
Trajectum, quod multus populus,
Deo prosperante, ab infidelitatis errore
ad Christum conversus esset, convoca-
tâ Synodo in novellâ Ecclesiâ Traje-
ctensi, decreverunt more Apostolorum
& discipulorum Christi, in diversas
circum-

circumiacentes barbaricas nationes,
præstantiores prædicatores dimittere,
ad prædicandum ipsis fidem Christi.

Erant autem eo tempore in eâdem *Catalo-*
primitivâ Ecclesiâ Trajectensi Aposto-*gus in-*
lici Pontifices, & Canonici egregii *signium*
prædicatores, qui S. Swibertum cum *viro-*
sanctis Ewaldis sequentes, constanter *rum in-*
Christum gentibus prædicaverunt: ut *Ecle-*
potè S. Winfridus Sacerdos, qui post *sia*
quâm tredecim annis in Ecclesiâ Traje-*Traje-*
iectensi ut Canonicus degisset, Archi-*Gens.*
Episcopus Moguntinensis consecratur, *S. Win-*
& Bonifacius appellatur. Qui post *fridus*
obitum S. Willibrordi Episcopi Traje-*alias*
ectensis rediens, secundus Archi-Episco-*Boni-*
pus Trajectensis ordinatur: qui post *fatius.*
quâm decem & sex annis per Frisiâ
prædicasset, martyrio in Frisiâ corona-*S. Wiro*
tur cum suis. Similiter S. Wiro Episco-*S. Ple-*
pus Deirorum: Sanctus Plechelmus *chelmus.*
Episcopus de Massâ candidâ, vel, se-*S. Oth-*
cundum Bedam, candida Casa: San-*gerus.*
ctus Othgerus Levita, cum plerisque *Histor.*
aliis gloriofis Sacerdotibus & prædica-*Eccles.*
toribus. Cui sanctæ Synodo præfue-*Iub. 5.*
runt sancti Willibrordus & Swibertus *cap. 24.*
antistites constantiores: in quâ conclu-
sum & dissinitum fuit, ut omnes pri-

mi prædicatores in exterias Provincias prædicarent verbum Dei. Igitur S. Acca, ut est antè dictum, cum S. Swiberto in Angliam rediens, à S. Wilfrido Episcopo, Augustaldenfis Ecclesiæ Episcopus consecratus, post Sanctissimam vitam ibidem in Domino

*S. Wig-
berius
mart.
S. Willi-
baldus.
S. Wini-
baldus.
S. Wal-
burgis.
S. Le-
buinus
mart.
SS. E-
waldi
mart.
S. We-
renfri-
dus.*

quievit. S. Wigbertus in Fostelant martyrio coronatus fuit, ut prædi-
Etum est. S. Willibaldus Orientalem Franciam adiens, Aureatensis sive Ei-
statensis Episcopus effectus est. S. Wi-
nibaldus frater ejus, Heyndelamensis Abbas est ordinatus, quorum ger-
mana fuit Walburgis virgo. Lebuinus Pontificatum adeptus, propè Ganda-
vum martyrio coronatur. Duo qui-
dem sancti Ewaldi Nabiam introeun-
tes, Christum prædicando confessi
sunt: qui ab inde ascendentibus in Saxo-
niā, glorioſo martyrio coronati
sunt. S. Werenfridus presbyter & egre-
gius prædicator, versus Bataviam
missus novellum Christi populum in
Elst & Westerwoirt, & in finibus illis
feliciter rexit, & infinitis clarisficiatis
miraculis, tam in vita, quam in morte,
idibus Septembris apud Westerwoirt
spiritum creatori reddens, miraculosò
in

in Elst tumulatur. *Sanctus Adelbertus.*
S. Adel-
tus Levita filius Edilbaldi Regis Deiro-
rum, filii S. Oswaldi Regis & Martyris
in Egmondâ in Hollandiâ oratorium
construens, post multorum pagano-
rum conversionem & laudabilem san-
ctæ vitæ suæ consummationem, multi-
miraculis clarus, VII. Kal. Julii felici-
fine requievit in Christo, sepultus in
Egmondâ: ubi usque in hodiernum
diem claret infinitis miraculis. Is exi-
mius Confessor, primus Archidiaco-
nus Ecclesiæ Trajectensis fuit. Et ego
*Marcellinus presbyter inutilis, à præ- *Sanct.**
*fatis Pontificibus missus ad partes Tran- *Mar-**
*sifselanas, locum Aldenseel, Trentam, *cellinus.**
& Tuventam, & Covordiam, ac Da-
ventriam rego, & Dei providentiâ to-
tum fermè populum Christo prædi-
cando lucratus sum, & purgavi à cultu
idolatriæ: permanxitque S. Willibor-
dus in dioecesi sua Trajectensi ferven-
ter prædicando Evangelium Christi
cunctis gentibus. Cæteri verò hac illâc-
que dispersi propter verbum Dei, post
conversionem multorum paganorum,
salubri fine in Christo quieverunt.

D 3

CA-

CAPUT X V.

*Ut S. Swibertus in Westphalia mulierem
paralyticam sanaverit, & populum
converterit.*

ITaque facerrimus Pontifex Swibertus in osculo pacis cum multis lachrymis Vale dicto S. Willibrordo, cæterisque præfatis sanctis prædicatoribus ac aliis Canonicis Traiectensis Ecclesiæ, adjunctis sibi Willeico, Gerardo, Theodorico & Bosone gloriosis presbyteris & præparatoribus, aliisque duobus pueris laicis Waltero & Joanne, pervolavit ut nubes paganismum, tanquam fidei vexillifer de loco ad locum, per Westphaliam & inferiorem Saxoniam quotidiè fideliter in vinea Domini tanquam miles strenuus laborans, magnam quoque gentem plerisque in locis ab idolorum vesania ad fidem Christi perduxit, & quocunque divertebat, ad execrandam diabolicæ versutiæ supplnationem & idola confringenda summoperè laborare cum suis studuit & curavit. Et ubique confluebant pagani ad ipsum, ad audiendum verbum vitæ ab ipso. Erat enim dulcis in exhorta-

West-
phalis
Chri-
stum
annun-
ciat.

hortationibus, & cunctis affabilis & eloquio mitis. Construebantur etiam aliquot Ecclesiæ in confinibus Westphaliæ, admonitione ipsius, quæ e-
tiam consecraverat. Hucusque ego Marcellinus, præfatus discipulus ipsius & S. Willibrordi, cum S. Swiberto conversatus, quæ conscripsi, vidi, & fermè omnibus præscriptis interfui. Et deinde ipso tendente cum suis ad * Minimigardum, id est, Monaste-
rium, ego redii habitâ benedictione Hodie
ipsius Frisiæ versus: & sic, quæ se- dicitur
quuntur, ex relatione veridicorum Monas-
fratrum conscribo. Perveniens ergo sterien-
hyeme Minimigardum, inde sinenter sis Epis-
copa-
palam omnibus prædicavit Christum,
clamans & dicens: Auscultate & au-
dite me, fratres dilectissimi, qui ad
imaginem, & similitudinem Dei crea-
ti estis, à quo per maledictas paternas
traditiones damnabiliter alienati, di-
versa idola vana, dæmonibus plena,
pro diis ignoranter colitis, quæ nec
procul dubio dii sunt, sed idola, ne-
quitia diabolæ fraudis & versutiæ
inventa, ex præcepto potentum Re-
gum & Tyrannorum, pro diis colen-
da & adoranda simplicibus homini-

bus tradita : sed unus est Deus omnipotens , qui secundum suam divinitatem solo verbo creavit cœlum & terram , mare & omnia , quæ in eis sunt . Sed propter transgressionem & prævaricationem protoplasti nostri Adæ , ne humanum genus periret , compatiens miseriæ humanæ naturæ , quia omnes homines salvos vult fieri , ex nimia charitate idem Deus creator omnium in fine sæculorum homo factus , suâ benedictâ passione reformavit humanam naturam lapsam , regnans , ut Deus omnipotens , jam in cælis . Resipiscite , resipiscite ergo , dilectissimi fratres , & redite ad verum creatorem & salvatorem vestrum Dominum nostrum Jesum Christum , verum Deum , credentes in eum , quia misericors est , salvans omnes spernentes idola vana , sibiique servientes . Nonne absurdum & miserum est , lapidem Deum credere , & lignum arte hominum compactum ad auxilium invocare , ac derelicto creatore adorare miseras damnatasque créaturas pro Mone- diis ? Cùm hæc & his similia evan- sterien- lizâsser , multi compuncti , ipsum cum ses qui- suis hospitio recipientes , confirmari

in fide Catholica postulabant. Erat *dam*
autem in eadem civitate quædam *cre-*
mulier enormiter contracta, ita ut fe-*dunt in*
rè esset & appareret monstrum in na-*Deum.*
tura: quæ cùm multa in medicos ex-
pendisset, & nihil salutis & remedii
impetrasset, audiens quendam pere-
grinum illuc adventasse, & quendam
novum Deum prædicare, petiit à suis,
ut ad virum Dei veheretur. Alterà
verò die, cùm S. Swibertus coram
magna multitudine prædicaret, adve-
cta fuit ad eum mulier, iam dicta.
Quam cùm in nomine Domini nostri
Jesu Christi signo crucis benedixisset,
statim cunctis videntibus & admiran-
tibus sanata fuit. Quæ post gratiarum
actiones gaudens & hilaris, lètæ facie *Mulier*
& alaci animo domum cum suis re-*à S. Swi-*
pedavit: ac deinde cum multis redi-*berto*
ens, credens in Christum baptizata est. *curata*
Nec immemor opratæ sospitatis, horta-*Eccle-*
tu S. Swiberti Episcopi construxit in
honorem Dei & S. Pauli Apostoli ora-*siam D.*
torium sive Ecclesiam circa domum *con-*
suam, ed quod in Festo S. Pauli Apo-*strali*
stoli sanata fuit.

CA-

CAPUT XVI.

*Ut S. Swibertus Episcopus in Bilveldia
quendam à peste squinantiæ vel anginae
liberaret.*

ERAT autem in Bilveldia dives quidam nomine Adelbertus, repente tortus dolore squinantiæ, ita ut penitus nihil deglutire posset, & omnes de vita ejus desperarent: qui audiens famam S. Swiberti, & virtutis patratæ per ipsum in nomine Jesu veri Dei in quadam contracta, misit celeriter duos honestos pueros ad * Minimigardum, petens, ut amore ejusdem Jesu Dei sui ipsum visitare dignaretur, spondens, si liberaret & sanaret ipsum, crediturum se procul dubio in ipsum verum Deum. Sanctus verò Swibertus Episcopus hoc audiens, ad honorem Dei & salutem gentium cum suis presbyteris & clericis profectus Bilveldiam, invenit eum in extremis agonizantem. Statimque post diutinam orationem & divinorum celebrationem, porrexit ei eoram multis gentibus ablutionem; cùmque bibisset parum, mox sanatus fuit, & à sancto in fide cōfirmatus baptizatásque cum

Nunc
Mona-
steri-
am.

Sanac
boni-
nem
angina
labo-
ran-
tam.

cum multis, benedixit Dominum. Volat fama miraculi illius per Provinciam, concurrunt vicini, cognati & amici, congratulantes ei de liberatione imminentis periculi & mortis: omnésque laudant potentiam Domini Jesu Christi. Multi insuper corum, spretis abominandis cultibus idolorum, crediderunt in Christum, & baptizati sequebantur & comitabantur multi ex eis sanctum Domini. Mansitque per aliquot dies ibidem prædicando cunctis Christum.

CAPUT XVII.

Ut quendam cæcum illuminaret.

Rediens verò Minimigardum ad petitionem quorundam infirmorum gentilium, stipatus multis Christianis & paganis, obvium habuit quendam cæcum in alia parte stratae viæ: qui intelligens sanctum Swibertum Christianorum Episcopum adesse, petiit à suo ductore, ut ad ejus præsentiam duceretur. Sed ductor, dimisso cæco, currens ad S. Swibertum, eleemosynam piè precabatur accipere. Porrò clamanti cæco nemo intendebat. Cùnque magis ac imaginis clamaret, audivit eum S. Swibertus: qui Willeicum presbyterum suum vocans

Nunc
Mona-

steri-
mico.

vocans dixit: Audis? quis est qui clamat ad nos? Qui respondit: Audio, sed quid sit, ignoro. Dixitque: Accipe baculum istum, & perge ad clamantem, & da illi præcipiens, ut cum sustentaculo isto veniat ad me in nomine Domini nostri Jesu Christi. Igitur ergo S. Willeicus presbyter, dicens cæco: Dominus Swibertus Episcopus transmisit tibi istud sustentaculum, ut venias ad eum. Stetit vero S. Swibertus, præstolans adventum ejus. Statim ergo, ut cæcus accepit baculum, videre parum cœpit: veniensque ad S. Swibertum, prostratus cum gratiarum actione pedibus ejus, baptizari in nomine Jesu ab eo precabatur, affirmans se aliquid videre. Mox S. Swibertus muniit signo crucis sanctæ oculos ejus, & ille clarè vidit. Pagani vero hæc videntes, prooluti pedibus ejus, credentes in Christum, abrenunciatis spurciis idolorum, baptismum susceperunt. Cum vero Minimigardum venisset, & paucō tempore non paucam Christo plebem prædicando acquisivisset, cāmque in fide & amore Christi confirmasset, migravit cum suis ad Saxoniam, per venitque in grandem

*Caco
Crucis
im-
pressio-
ne redi-
tetur
visus.*

*Brun-
swicen-
sis*

ACCEPTE

dem vicum, dictum Brunswick, ibi prædi-
que diebus aliquot prædicavit Chri- cat S.
stum, & convertit multos. Swi-
bertus.

C A P U T XVIII.

*Ut S. Swibertus in Brunswick quendam
paralyticum signo sanctæ Crucis
sanaverit.*

POSTquam igitur cum suis presbyteris
& clericis in Brunswick secessisset,
nil veritus est paganorum saevitiam,
corpus, non animam, occidentium: sta-
tumque solitum sibi opus evangelizandi
exequens, multos & exemplo virtutis,
& incitamento sermonis, semotis ido-
lolatriæ tenebris, duxit ad verum lu-
men fidei. Nunquam enim, vel raro Exer-
à virtutibus quievit. Nam quoties à citia
prædicatione & ministerio verbi Dei S. Swi-
vacaret, orare, studere vel legere so-
berni. Erat autem in eodem vico qui-
dam adeò à sinistro latere præpeditus,
ut nec illius lateris manum aut pedem
posset quoquo modo movere, aut
quicquam sinistro oculo videre. Post
plurimorum medicorum antidota at-
que collyria in vanum experta, audiens
à quibusdam ipsum visitantibus, de fa-
lutaribus monitis, & insignibus miracu-
lis

lis in diversis Westphaliæ pagis & locis
per S. Swibertum in nomine Domini
Iesu veri Dei patratis, misit ad eum ef-
flagitans, ut ipsum visitare dignaretur:
Itaque S. Swibertus cum suis presby-
teris & magna frequentia incredulo-
rum ipsum visitando accedens, post
devotam orationem, latus ejus signo
Signo
S. Cru-
cis sa-
nat pa-
rallyti-
cum. crucis tetigit, viroque benedixit di-
cens : In nomine Domini nostri Iesu
Christi omnipotentis Dei surge. Qui
statim de grabato surgens, visum re-
cepit, & est integrè restitutus: & mul-
ti haec videntes & credentes in Chri-
stum baptizati sunt. Cum ergo quo-
tidiè prædicando multos converte-
ret, & fama miraculorum & virtutum
ejus per totum vicum ad laudem Dei
à plerisque promulgaretur, & ad au-
res sacerdotum paganorum perve-
nisset : irati valde, statim collegerunt
populum incredulum, cum quibus
venerunt ad Satrapam vici, clamantes
& dicentes : Civitas tota peribit, nisi
temerarius & publicus inimicus deo-
rum nostrorum occidatur, aut effuge-
tur, qui per novas mágicas artes po-
pulum seducit & alienat, mentésque
eorum evertit, prædicando quendam
igno-

ignotum crucifixum verum Deum,
eoque separando à venerabilibus diis.

Quibus Satrapa ait: Quomodo Magicâ *Satrapa*-
arte seducit homines, cùm solummodo *pa-*
prædicet id quodam Deo crucifixo *Brux-*
nobis ignoto, cuius virtute & potentia, *swicen-*
non medicaminibus & ferro, curat in- *pro S.*
firmos, sed verbo & signo illius. Et *Swi-*
quia deos multos habemus, quos om- *berto.*
nes non cognoscimus, licet in aliis re-
motis nationibus cognoscuntur, forsitan
hic etiam est unus deorum. Qui si non
esset Deus potens in caelo & in terra,
tam mira per ministros suos nullatenus
faceret. Et licet dii nostri potentes sunt,
nunquam tamen aliqua signa sanitatis
inter nos, nec alibi fecerunt, sicut iste
in nomine Dei crucifixi facit. Erat
autem Satrapa consanguineus apo-
plectici sanati per S. Swibertum. Hæc
audientes sacerdotes idolorum cum
suis cæteris paganis, congregatâ ma-
gnâ multitudine gentilium, non so-
lum S. Swibertum cum suis, sed etiam
Satrapam occidere decreverunt. Pe-
titione igitur Satrapæ S. Swibertus,
Vale dicto Satrapæ, confirmatisque
novellis Christianis, & relicto felice
Bosone glorioso presbytero & prædi-
catore

carore neophytis, ne recidivarent, secessit per diversas Provincias, Christum ubique prædicans, donec veniret ad Boructuarios. Impossibile est tanti viri gesta per quotidianos virtutum proœctus & gentilium conversionem evolvere, dignisque fastorum laudibus magna ejus merita congruenter attollere, quæ in diversis Germaniae locis, pagis & Provinciis peregit.

C A P U T X I X.

Ut Boructuariorum magnum partem ad fidem perduxerit Christi.

*Anno
705.* C umque ad Boructuarios venisset, scilicet anno ab incarnatione Domini septingentesimo quinto, statim salutifera verbi divini præcepta stolidis ipsorum cordibus evangelizando tradidit, ferásque eorum mentes terris ignorantiae caliginibus cæcatas, evangelicæ prædicationis lumine perlustravit, gloriosus apparens in verbis, & sanctus in omnibus operibus suis: ita ut à profanis idolorum Multos superstitionibus ad fidem Christi multos convertendo, in radice veræ fidei lucrat miraculorum prodigiis solidando tur. confirmârit. Sed cum ubique prædicata-

ditione S. Swiberti multi conversi baptizatique Christo servirent, & quotidie plures ad Orthodoxam fidem convolarent, nefandissimus hortator scele- rum, animarum praedo, gaudens in pe- jus abire omne genus hominum, non posse cælos adire, satagit per suæ malig- nitatis fautores ipsum aut interimeret aut expellere. Cùm ergo quadam die prædicaret coram multis gentilibus, sa- crilegi sacerdotes paganorum, calice Ba- bylonis inebriati, insurrexerunt adver- sum eum, qui ipsum verberatum pug- *A Sa-*
nis, retortis baculis & lapidiis à finibus *cerde-*
ipsorum eliminare & expellere cona- *tibus*
bantur: sed ereptus industriè quorun- *dæmo-*
dam fortium Christianorum, aliquot *num*
diebus secretè latuit (non enim palam *affigie-*
ipsum trucidare audebant timore Satra- *nur.*
pæ ipsorum) non tamen cessavit à præ-
dicatione: quin sparsit semina vitæ per
agros multorum cordium, ita ut indies
multos, despœctis idolis, publicè Chri-
stum confitentes, baptizaret.

CAPUT XX.

*Ut quendam dæmoniacum liberaverit, &
cum multis baptizavit,*

*E*RAT autem eodem tempore in qua-
dam Boructuariorum villa, Vel-
*E*senberg

senberg nomine, vir quidam dives & potens, Ethelhere dictus, obfessus à dæmonio, ferro & catenis adstrictus, eō quod omnes morsu arriperet, & vestes proprias laceraret. Erat autem idem Ethelhere incitator aliorum, & primus, qui S. Swibertum baculo impetrare non formidabat. Qui cūm quotidie dirè vexaretur, & à multis visitaretur, tandem quadam die, præsentibus nonnullis idolorum sacerdotibus, & aliis paganis ipsi condolentibus, dæmon clamare cœpit: Nisi huc veniat servus Dei vivi Swibertus Christianorum Episcopus, hinc non egrediar. Cūmque magis ac magis hæc iterando clamaret, confusi abcesserunt idololatræ & amici dæmoniaci, perplexi & dubii, quidnam facerent. Demum communi omnium deliberatione ab ipsis S. Swibertus quæritur, & inventus obnixè rogatur & invitatur ad visitandum dæmoniacum præfatum. Igitur S. Swibertus fraterno tactus dolore, dæmoniaco compatiens, cūm iret cum suis presbyteris & clericis, effertque in via ad visitandum eum, mox cœpit dæmoniacus spumare, dentibusque dirè stri-

dere,

gredior

dere, & horribiliter vociferando clamare plus solito: de quo praesentes valde mirabantur. Sed S. Swiberto appropinquante domui, cessavit dæmoniacus jacens in lecto, ac si somno dulciter pressus esset. Quem sanctus cer-
 nens præcepit suis, ut omnes orationi-
 bus devotè vacarent, & ipse orationi incumbens, Deum devotissimè pre-
 cabatur, ut ad laudem & gloriam san-
 ctissimi nominis sui, & ad conversio-
 nem incredulorum dæmoniacum, ex-
 pulso dæmone, liberaret: surgensque
 cum suis ab oratione, signavit dæmo-
 niacum signo salutiferæ crucis, dicens:
 In nomine Domini nostri Jesu Christi re-
 præcipio tibi immunde spiritus, ut ex-
 eas ab hac Dei creatura, ut agnoscat
 suum verum creatorem & salvato-
 rem. Statim cum fœtore spiritus ma-
 lignus exiens, clamare coepit: Non diu
 in ista permanebis provincia, serve
 magni Dei. Nam sicut me ab hac mea
 habitatione expulisti, ita expelli te fa-
 ciā ex ista terra & provincia. Ethel-
 here vero à dæmonio liberatus, sur-
 gens, palam inhærens pedibus S. Swi-
 berti, veniam petens de commissis in
 eum, baptizari in nomine Jesu Chri-

Ecce
 quam
 solemne
 fuit
 sanctis
 viris
 ad edem
 da mi-
 racula,
 crucis
 exhibe-
 re ag-
 nosca-
 nti.
 Dæmo-
 niacus
 libera-
 tur.

sti instantissimè poposcit, in cuius nomine liberatus fuit. Similiter multi pagani cum duobus idolorum sacerdotibus, qui præsentes fuerunt, pedibus S. Episcopi provoluti, mysterium fidei Christianæ discere & scire expetierunt. Quos sanctus elevans docebat divinam sapientiam descendisse de cœlo ad terram, ut hominem, qui mortuus fuerat peccato, suo sanguine & benedicta morte in ara crucis vivificaret. Itaque per tres continuas hebdomadas eos docens & in fide **Multi** confirmans, baptizavit ex eis quæbapti- draginta duos, exceptis parvulis utri-
zantur usque sexûs & mulieribus.

C A P U T X X I.

*De virtutibus & conversatione
S. Swiberti.*

Et licet Boructuarii essent gens barba, sæva & inculta, & plures deos adorarent, profanis & sacrilegis sacrificiis responsa à dæmonibus exquirentes, auguriis & divinationibus servientes, tamen S. Swibertus condolens ipsorum miseriæ, sedulâ prædicacione, crebris devotionibus & mirabili sanctitate, Deo auxiliante, eos ad agnitionem

Multi
fidem
ample-
etun-
sur..

tionem veri perduxit luminis : ita ut
 relictis idolorum sordibus, in Chri-
 stum credentes, fana, in quibus idola *Fanis*
 anteā adorare consueverant, propriis *destru-*
 manibus destruentes, Ecclesias con- *dis*
 struerent, in quibus Presbyteros & *templo*
 Diaconos sibi in adjutorium per di- *Christo*
 versa Ecclesiarum loca ordinavit. Qui *eriguntur.*
 postquam præfatum errorem in magnâ
 parte, divinâ præcedente gratiâ, mi-
 raculis & sermonibus extirpâsser, fre-
 quentabatur à populis circumquaque
 positis catervatim ad eum confluentib-
 us : qui eximiæ conversationis &
 miraculi præfati famâ excitati, videre
 & audire eum sitiebant. Quibus li-
 berâ voce documenta insinuans evan-
 gelica, multos ex eis convertit, quos
 sacro baptismatis fonte abluit & pur-
 gavit : sicque per biennium inter eos
 moratus, vitæ meritis & virtutum
 clarens exemplis, omnibus amabilis
 & venerabilis factus est. Fraterno
 denique amore plenus, cunctis ad salu-
 tem prodesse satagebat. Ipse verò, ut
 omnibus omnia fieret, cunctos ege-
 nos in necessitatibus & infirmatibus
 ipsorum visitavit, non solùm christia-
 nos, quos in fide, visitando & exhor-
 tando

zando, coufirmavit: sed & feroceſ pa-
ganos, errore idololatriæ irretitos, ut
eos à vano cultu dæmonum ereptos,
ad fidem perduceret Christi. Itaque
Duos
febri-
cuan-
tes &
hydro-
picum
sonat.
intra biennium cunctis barbaris san-
ctis moribus prælucens, duos præci-
puos paganos, validâ febre quartanâ
laborantes, & unum hydropicum
gentilem cum suis clericis visitans,
prece suâ sanatos & conversos, ac in
fide Christi confirmatos, baptizavit.
Multas insuper alias variâsque virtu-
tes inter gentiles in nomine Domini
noſtri Iesu Christi peregit, ac popu-
lum multum nimis mellifluâ suâ præ-
dicatiōne & benignâ exhortatione so-
llerter Orthodoxæ junxit fidei multis
in locis.

CAPUT XXII.

*Ut S. Swibertus Coloniam veniens, à præ-
clara Principe Plectrude honorificè suscep-
tus, duobus miraculis coram ea
claruerit.*

Quamvis autem diabolus sit men-
dax & pater mendacii, verum
tamen sancto prædictis Swiberto, cùm
per eum expulsus esset ab obſesso.
Nam post biennium veniens illustris
Bruno, magnus Satrapa Saxonum,
cum

cum nobili comitatu in provinciam
Boructuariorum, pernoctansque in vi-
co Ratingen, ex nimia ebrietate ortâ Ebrie-
dissensione magna inter ipsum & pri-
micerium ejusdem vici de Ratingen,
ex instigatione & suggestione diabo-
lica ipsum occidit cum duobus famu-
lis: quibus per vicum dolenter patefa-
ctis, amici & affines occisorum ad ar-
ma convolantes, eundem nobilem Sa-
trapam fere cum omnibus suis in vin-
dictam trucidaverunt. Famâ verò per
Saxoniam increbescente veridicâ,
Saxones irati nimis, intrantes poten-
ter Boructuariorum fines, multos in
ore gladii occidentes, maxima dam-
na ipsis intulerunt, vicumque Ratin-
gen funditus livore pertinaci destru-
xerunt. Econtra Boructuarii, & præ-
cipue amici occisorum, aggregata
magna potentia armigerorum, mul-
tas villas & munitiones Saxonum igne
& ferro demoliti sunt. Sicque vicis-
sim, cum diù committerent magnæ
depopulationis exciditum, Boructua-
rii & præcipue christiani, qui à S. Swi-
berto verbum Dei receperunt, per-
pendentes, & quod Saxonum poten-
tiæ & insolentiæ resistere non possent,

Ebrie-
tas ma-
ter ea-
dium.

Vale dicto S. Swiberto, acceptâ ab eo benedictione, coacti migrârunt in exterâ provincias, ut liberiùs ibidem Christo servirent. Interea attendens S. Swibertus, gloriosus Pontifex, gregem suum hac illâcque dispersum, & quod nullum fructum, nullâsque inducias inter utrasque partes cum suis propter saxea Saxonum corda facere posse, exoravit assiduò Dominum, ut ei jam seni locum ostenderet, ubi *S. Swibertus* habitare deberet. Tandem Angelicâ revelatione admonitus, præcipitur ab An-ire Coloniam Agrippinam ad Pipi-gelo-num Ducem, & Plectrudem ejus con-admo-*natur* jugem, qui ei aptum locum perma-re Co-nendi cum suis condonarent. Igitur *toniam*. S. Swibertus Vale faciens Boructua-riis, cum suis presbyteris & clericis ac nonnullis christianis, per squalida & devia loca in magno discrimine ferocium Saxonum Coloniam usque, Deo comitante & dirigente vias suas, pervenit. Erat autem eo tempore serenissimus Pipinus Dux habitans in Joppilia cum Alpaide pellice sua: Plectrudis verò Dux eximia & devota Princeps moram traxit Coloniæ Agrip-pinæ, in palatio Ducum Agrippi-nen-

nensium, & Lōtharingorum, quod per eam mutatum & consecratum est in claustrum sanctimonialium, intitulaturque Ecclesia gloriose Virginis Mariæ ad Capitolium. Cūmque ea audisset adventum S. Swiberti magnifici præsulis, gavisa est gaudio magno. Audierat enim multoties à pluribus celeberrimam ipsius opinionem: depositoque fastu regalis excellentiæ, ipsum cum venerabili Patre Annone Archiepiscopo Coloniensi, honorifice & devotè suscepit, secumque aliquot diebus detinuit, ac miro semper eum humilitatis affectu coluit, ut ab eo secretioribus colloquiis salutis verba mereretur audire. Eodem tempore quidam illustris Palatinus, Geraldus nomine, veniens Coloniā, missus per Pipinum ab Herstallo sive Jopplia ad Plectrudem cum decenti militia, statim propter borealem rigidum ventum incidit in gravem morbum inflationis gutturis, idque adeò, ut à nullo medicorum posset ei subveniri: quia nullam potionem recipere vel deglutire valuit. Cūmque omnes lamentarentur illum, desperantes de vita ipsius, Plectrudis memor

E 5

vir-

virtutum S. Swiberti Episcopi, devo-
tissimè petiit ab eo, ut amore Jesu
Christi dignaretur visitare nobilem
Palatinum jam agonizantem, & ipsum
Pontificali suâ benedictione sanctifi-
care, ac pro eo coram omnipotente
Deo intercedere. S. verò Swibertus,
ut erat columbinæ simplicitatis & pu-
dicæ naturæ, humiliter cum beato
Willeico suo presbytero & Ducissa ip-
sum accedens, præmissâ devotâ ora-
tione, cùm signâisset guttur ejus, mox

*Sana-
Palati-
num
pericu-
losè la-
boran-
tem.*

apostema illud diruptum, omnibus
cernentibus crepuit, & horribiliter
per nares, & per os effluxit tabes, ve-
nœsa putredo. Et sic expulsis illis
noxiis humoribus, statim sanatus fuit.

De quo omnes magnificè Deum lau-
dabant, qui meritis sui dilecti Antisti-
tis talia operari dignatus est. Erat au-
*Item
dæmoni-
acum.* tem in eodem palatio coquus qui
dam, qui obsessus à dæmonio, mul-
tum vexabatur quotidiè ab eo: qui
ad instantiam aulicorum visitatus à S.
Swiberto, mox à gravi jugo diaboli
liberatus fuit. Et deinceps omnes ve-
nerabantur S. Swibertum, ut virum
& Episcopum sanctum, videntes gra-
tiam Dei in ipso.

CA-

C A P U T . XXIII.

Ut S. Swibertus à Pipino Werdam impetrans, ibidem monasterium construxerit.

Igitur felix Pleictudis religiosa Duccissa, videns S. Swibertum internæ mentis fervore ad cœlestia suspirare, licet sublimata culmine terreni principatus esset, & secum multos egregios prædicatores haberet, tamen specialiter de cœlesti inquisitione à sancto Swiberto viro Dei ædificari cupiebat. Qui cum eam de futuri regni beatitudine, de judicii metu, & spe æternitatis familiari colloquio præmonereret, illa eum libenter audiebat. Verum æstimari non potest, quanto Principis illius animus exultarit gaudio, quod tanti viri præsentia gaudere, benedictione foveri, collocutione meruissest ædificari. Et ne ingrata illis beneficiis videretur, consensu & admissione Venerabilis Patris Annonis Archiepiscopi Coloniensis, direxit S. Swibertum Episcopum cum præfato Geraldlo nobili Palatino Ide Ardenna, sano à peste anginæ per eundem S. Swibertum, cum literis commendatiis ad illustrem Pipinum Principem, petens & postulans obnoxè, ut viro
Dei

Dei Swiberto donaret vicum *Werdam* in insula sive litori Rheni, ut gentili *Saxonico* populo illic cum suis prodesse & præesse posset. Pipinus verò senex proiectaque ætatis, honorifice suscipiens S. Swibertum cum suis, aliquanto tempore secum detinuit, ut verba vitae ab eo audiret, eò quod pridem à plerisque multa laude digna audierat.

Pipinus largitur S. Swiberto vicum Werdan.

Tandem ut hilarius dator, sitiens æstuanter conversionem gentilium, volensque cultum divinum augmentare, ex regali munificentia benignè eundem vicum ei propter profectum & sumptuum suorum Principatum donavit, addens & offerens ei ex copioso thesauro suo aurum & argentum multum nimis, quibus Ecclesiā sive Monasterium ibidem ad honorem Dei ædificaret, & populum barbaricum, fidei Christi prorsus ignarum, verbo vitae reficeret. Itaque Vale dicto cum nimia devotione & gratiarum actione Pipino Principi, sanctus & benedictus Swibertus rediit Coloniam ad S. Pleistrudem, cuius potentia & industriā cum multis laboratoribus & clementariis Werdam veniens, cœpit statim propè Rhenum fun.

fundare monasterium in honorem gloriosæ Virginis Mariæ: ibique cum quanta humilitate, devotione & reverentia rudi gentili populo evangelizaverit fidem Christi, & præcipue, cum quanta puritate mentis & corporis, & timore Missas celebraverit, ac divina peregerit, difficulter potest explicari.

CAPUT XXIV.

Ut quendam in Werda à morte suscitaverit.

Anno
711. **A**nno vero Dominicæ incarnationis septingentesimo undecimo, cùm S. Swibertus ferventer prædicans, non solum in Werda, sed & in pagis & villis vicinis enunciaret profanis Saxonibus Evangelium Christi: contigit quadam die Martis, ut ipse extra Werdam celebraturus, iret cum venerabili presbytero suo Willeico in villam vicinam, & quidam dives gentilis, Hungerus nomine, postea conversus & baptizatus in festo Apostolorum Petri & Pauli & à S. Swiberto appellatus Petrus, ex fervore fidei & nimia humilitate & devotione curru adveni curaret arenam & lapides, reliquaque tali ædificio congrua & op-

por-

portuna ad Monasterium S. Swiberti. Procurante autem omnium bonorum æmulo diabolo, idem Petrus corruens sub carruca onusta lapidibus, efferebatur mortuus, quia penè suffocatus & per diversa vulnera capitis extinctus fuit.

De quo cùm omnes non immēritò dolerent, magnúsque concursus populorum ad illud miserandum spectaculum fieret, gementium & dolentium proper inopinatam illius mortem: cùmque exequiae præpararentur, ut corpus Ecclesiasticæ commendaretur sepulturæ, supervenit pius Pater S. Swibertus cum devoto Willelico suo Capellano: qui cùm didicisset ex gemitu, audissitque à circumstantibus mortem illius Petri, habens magnam fiduciam in Christo, corpus mortuum, antequām sepeliretur, ut ad cellam suam deportaretur, jussit. Quod cùm fætum fuisset, ipse adstante magna turbā populorum, rei exitum præstolante, largiter cum multis suspiriis lachrymas fundens, flexis genibus devotissimè oravit ad Dominum pro resuscitatione Petri

Petri famuli monasterii. Cùmque diù *Mor-*
preces precibus continuâsse, surgens *tuus*
tangendo, cùm oscularetur funus, sta-*reju-*
*tim mortuus non solum revixit & sur-**scitat.*
rexit, verùm etiam nullæ cicatrices
vulnerum, nulla conglomerationis san-
guinis per totum corpus apparuerunt:
de quo omnes laudabant benignitatem
Christi Salvatoris. Famà hujus mira-
culi per totam provinciam promulgatâ
neophyti in fide solidati confirmantur.
Multi verò infideles ad Christum con-
versi, fonte baptismatis Christo rege-
nerati sunt. Vixit autem postea idem
Petrus sanus & incolumis usque ad
consummationem Ecclesiae Werdensis,
etiam post migrationem S. Patris Swi-
berii.

CAPUT XXV.

Ut S. Swibertus multos gentilium conve-
terit, & monasterium instituerit in
Worda.

SANCTUS verò Swibertus, cuius fa-
ma & actus non solum per Chri-
stianismum, verùm etiam & per pa-
ganismum, in laudem Dei prædicabat-
ur, adjutorio Primatum, & præcipue
gloriosæ Duciſſæ Plectrudis, aliorum-
que

*Ad
Wer-
dense
Mona-
sterium
multi
con-
fluunt.*

*Matt.
11.*

que Christi fidelium, velocissimè cœpit Monasterium suum in Werda construere & perficere. In quo, collecto agmine famulorum Christi, cœpit evangelicis illos instruere disciplinis non rigorosis: sed docuit & instituit disciplinam vitæ regularis, quam rudes & neophyti capere & custodire possent, juxta vocem Domini dicentis: *jugum enim meum suave est & onus meum leve.* Sed & ipse cum beato Willeico cœterisque devotis discipulis, sub arctiori sanctæ regulæ jugo, sanctissimam & continentissimam vitam ducebatur. Qui licet gentibus in vicino habitantibus prædicando, primò parùm vel nihil profecit in conversione earum, eò quod essent homines duræ cervicis & barbaræ mentis, non tamen propter hoc destitit, quin indefinenter cum fervore prædicans, multos nobilium & ignobilium converteret ex eis: qui repudiatis sordibus idolatriæ, fidei sunt fonte abluti. Quibus, ut bonus Pastor in populo, dispensavit, tanquam fidelis & prudens negotiator, mensuram dominici tritici. Ipse enim sprevit mundi pompas & vanitates spe supernorum

præ-

præmiorum. Et ideò maximis virtutum donis cælitùs ditatus, Deo in omnibus gratus, ut gemma fulsit in clero. Nam positus inter gentiles, illic præclarum opus inter gentes operatus est, Domino coöperante, & sermonem ejus confirmantē sequentibus diversorum miraculorum signis. Cumque in Monasterio Werdeni vitæ cælestis institutio quotidianum sumeret incrementum, contigit anno ab incarnatione Domini septingentesimo decimo quarto, Pipinum de Herstallo, strenuum Principem, & Maje-rem domus Francorum, dolentem super innocente morte sanctissimi Lamberti Tungrensis Episcopi, ad mortem ægrotare. Accersitúsque S. S. Swi-
bertus
tandum eum per nobiles viros, per ad Pi-
rexit prius cum Willeico & Theodo-
rico discipulis suis Coloniam ad Ple-
trudem illustrem Ducissam Lotha-
ringiæ sive Austrasiorum, consilium
ab eâ expertens, quidnam facere debe-
rent. Quæ eum religiosè suscipiens &
traetans, tandem retento Coloniæ
prio Willeico presbytero S. Swiberti
apud se causâ devotionis. & consola-

Anno
714.

bertus
ad Pi-
pinum
ægro-
tantem
accer-
tur.

tionis (erat enim felix Willeicus Evangelicus sacerdos) misit S. Swibertum & Agilolphum Coloniensem Archiepiscopum cum plerisque aliis Prae-latis ad Pipinum Principem conjugem ejus, ad informandum eum, si obiret, ne illustres legitimos suos filios, Dragonem Ducem Campaniae, & Grimoaldum Majorem domus Childeberti Regis Franciae exhæredaret, hæredem scribendo Carolum Martellum illegiti-
tum, ex Alpaide pellice genitum, in detrimentum & damnationem animæ suæ, & in confusionem sui & totius Ecclesiae, atque in scandalum suorum primatum & subditorum. Et quia S. Lambertus Episcopus, qui eun-
Pipinum de illicito connubio Alpai-dis increpaverat, martyrium subiit. Venientes igitur præfati Pontifices Joppiliam ad ægrotantem Principem Pipinum, benignè ab eo suscepiti sunt. Qui ipsum consolantes, & ad toler-
rantiam adversitatum temporalium & infirmitatum corporalium confor-
tantes, ajebant quod Deus electis suis iter asperum facit, ne, dum delecta-
rentur in via, obliviscerentur eorum,
quaे sunt in patria. Tandem naecto op-
portune

portuno tempore & congruo, inter cætera pro salute & remedio animæ suæ, causam, pro qua venerant, ei de-vorè & salubriter Pontifices exponentes, & de illicito matrimonio incre-pantes, statim cum indignatione re-pulsam patiebantur. Alpais verò legationem sanctorum Pontificum sci-figitans & comperiens, irata valdè, Pontifices abire celeriter præcepit: & Pipini ipsa interpellans importunè pro Ca-rolo Martello filio suo apud Pipinum impetravit cuncta pro eodem filio ^{argu-}_{unt illi-} ^{dum} _{citas} nuptias repel-luntur. suo, quæ petierat. Pipinus verò eodem anno moriens, eundem Carolum Martellum suorum principatum reliquit hæredem. Quod cernentes præ-fati Pontifices, inglorii & tristes Coloniā redierunt, enarrantes præcla-ræ Plectrudi omnia, quæ gesta erant in Joppilia à Pipino, consolantes eam, & ad tolerantiam patientiæ animantes.

C A P U T XXVI.

De vita S. Willeici Confessoris, presbyteri sancti Swiberti Episcopi, & de miraculis per ipsum perpetratis Coloniae.

SAnctus Willeicus presbyter, pri-mus Canonicus conventū novel-leicū

9151

F 2

læ

primus Canonicus Traiectensis. Iae Traiectensis Ecclesiæ, vas virtutum, purâ intentione, spe supernæ retributionis derelinquens mundum, Christo sincero corde servire studuit. Ipse enim ab adolescentia sua cum S. Swiberto in orationibus & continentia ac mediatione divinarum scripturarum vitam felicem sedulus agebat. Ipse nihil hujus mundi quærere, vel curare, & amare curabat.

In divinis scripturis sufficienter à S. Swiberto instruētus, Latinâ linguâ & Germanâ eruditus fuit. Erat enim eloquentissimus & mansuetissimus, iræ & avaritiæ victor, superbiæ simul & vanæ gloriæ contemptor, pauperum & infirmorum consolator. Ipse erga inopum provisionem non solum pietate mentis, sed etiam studii laborare solitus fuit. Multos gentiles in diversis provinciis suâ saluberrimâ prædicatione à veneno idololatriæ ad dulcorem fideli Christi perduxit.

Item Præpositus Werden. In Monasterio verò Werdensi factus Præpositorus sub S. Swiberto, abstinentiæ & continentiæ, cæterarumque virtutum omnibus fratribus exemplum dabat. Plures etiam & authoritate

tate Magisterii, & exemplo suæ actio-
nis, ad regularem instituebat vitam.
Nec solum ipsi Monasterio regulis vi-
tae monita simul & exempla præbebat,
sed & vulgus circumpositum longè
latèque à stultæ idololatricæ vitæ con-
suetudine, ad Christi & cœlestium
gaudiorum curabat convertere amo-
rem.

Et quidem cuius meriti fuerit³
etiam miraculi signo internus arbiter
edocuit. Eodem enim tempore, quo
præfati pontifices sacri ad Pipinum
ægrotantem, legatione fungebantur,
& ipse venerabilis Pater Willeicus ad
instantiam gloriosæ & devotæ Plectrudi-
dis, Coloniæ manebat: ægrotabat qui-
dam primarius Colonienlis, Gotebal-
dus nomine, acerrima ægritudine
pressus, ita ut deficiente penitus om-
nium membrorum officio, jam mor-
tuus esse videretur: cui jam funebria
justa præparata erant, & loculus, in
quo defunctus condi deberet.

Maria verò conjux ejus, preci-
bus & lachrymis interpellans glorio-
sam Principem Plectrudem, impetra-
vit, ut infirmus à B. Willeico presbyte-

ro S. Swiberti visitari deberet. Credit verò, quòd, si bonus discipulus, à bono magistro educatus, intraret domum ejus, oratus pro eo, manúmque imponeret illi atque benediceret, statim melius haberet. Intravit ergo S. Willeicus cum dévota familia feli-cis Pleétrudis domum ægroti, post di-vinorum celebrationem: vidénsque eum, mœstis omnibus, jam morti pro-ximum, ac loculum ante cubiculum, in quo sepeliendus poni deberet, pro-sternens se oratione, cùm orásset diù cum lachrymis, surgens dixit: Domi-ne Jesu Christe, clementissime Deus, qui dixisti: *Super ægros manus imponent, & bene habebunt:* ostende hic pietatem tuam, & cura infirmum hunc potenti tua virtute, ut nomen sanctum tuum, benedictum in sœcula, magnificetur

*Marci
16.*

S. Wit-leicus sanat infir-mum. ab omnibus. Cùmque hæc dixisset, imponens manum suam super caput, benedicénsque eum ter, continuò surrexit, & veterno infirmitatis dis-cusso, induit se ipse vestimentis suis. Egressusque cubiculum cum S. Wil-leico, jussit mensam præparari, cibos apponi, & convivium instrui, quia de-lectaretur cum S. Willeico mandu-ca-re & bibere.

Cùm

Cum vero omnes multum gauderent de sospitate illius, S. Willeicus cum gratiarum actione devotè orationibus incubuit, donec potius raptus quam vocatus inter eos redisset. Gotebaldus vero propè sanctum Willeicum assidens, vescebatur, bibebat, lætabaturque quasi unus e convivis, ac gratias agebat, & multis post vixit annis. Plectrudis vero religiosa Domina hæc audiens, maximo deinceps S. Willeicum habuit in honore, Deum, qui mirabilia magna solus facit, collaudans. Praefuit autem S. Willeicus monasterio Werdeni annis decem post decepsum sanctissimi præfusilis Swiberti, & mortuus est anno Dominicæ incarnationis septingentesimo vicesimo septimo, sexto nonas Martii. Ad cuius sepulcrum ad indicium virtutis illius, solent crebra sanitatum miracula fieri.

C A P U T XXVII.

De obitu S. Swiberti Episcopi.

REDEUNTIBUS à Joppilia & à Pipino gloriois Pontificibus Agilolpho Colonensi, & Swiberto Werdensi, sanctus Swibertus, delectatus in Domine.

mino super salutari gratia, à Deo per Willeicum presbyterum suum Coloniæ patrata, salutatâ & licentiâ imperatâ à pia matrona Plectrude, rediit Werdam cum Quis discipulis: Ibique per triennium sanctissimè vivens, perfecit opera, quæ Deus posuit prodigia super terram, miraculis coruscando, atque ut vox tonitrui in rota, profanis Christum evangelizando, idolatriam liberâ voce damnando, multas gentes paganas sacro fonte baptismatis Christo regeneravit. Tandem Deus, qui est suorum fidelium merces magna nimis, qui & per carnis mortem vivos Ecclesiæ lapides de terrenis sedibus ad cælestè transfert ædificium, S. Swibertum, strenuum fidei pugilem, coronandum in cælis de terrenis evocare dignatus est.

Anno

717.

Igitur anno à nativitate Domini septingentesimo decimo septimo S. Swibertus omnium virtutum charismate plenus, ex omnibus animi medullis videndi Deum desiderio flagrans cùm in festo Principis Apostolorum S. Petri ad Cathedram, in suo Monasterio divina celebrasset, mox languor

guor eum invadens lecto decumbere *s. Swi-*
coëgit. Languore itaque per momen- *berti*
ta temporum ingravescente, convo- *extre-*
cans fratrum suorum collegium ferè *ma ad*
viginti, primò admonuit eos, ut *suos*
vestigia Christi sequerentur, & ut vir- *adhor-*
tatem dilectionis & pacis ad invicem *tatiu.*
& in omnes domesticos Dei servarent.
Instituta quoque disciplinæ regularis,
quæ ab eo didicissent, & in ipso vi-
dissent, indefessa fide custodirent.

Deinde subjunxit, diem sui obitus
 in proximo instare. Quod audientes fra-
 tres circumstantes, mœrore perculti fle-
 re cœperunt. Quibus S. Pontifex dixit:
 Nolite dilectissimi flere: magis autem
 gaudete: jam enim sanctorum labo-
 rum meorum glorioſiſſimum recipi-
 am fructum & præmium. Recessui
 fragilitatis meæ debitum charitatis
 impendite, & orationibus protegite.
 Quo dicto ipse in Domino gaudens.
 informabat eos de contemptu mun-
 di & appetitu regni cœlestis, & ut exi-
 tum suum, cuius hora incerta est, vigi-
 liis, orationibus, bonisque operibus
 prævenire meminerint. Cumque hæc
 & his similia plura loqueretur illi ac-

F 5 cepta

ceptâ benedictione, jussu ipsius tristes ad Ecclesiam exierunt. Retinuit secum S. Willeicum, cum quo divina meditans, Deum corde devotissimo invocabat.

Appropinquante deinde die obitus
sive obdormitionis suæ, quam præscivit angelico ministerio, convocans
fratrum suorum præfatorum felicem
catervam, celebrari sibi sacra fecit
Missarum solennia. Deinde perceptione
corporis Dominici se muniens, ac
sanctæ crucis vexillo se cunctosque
circumstantes signans, in mortis qui-
ete dormiens, transiit feliciter de mun-
do, & ab angelicis choris anima ejus
sancta in consortio Sanctorum & felici-
tatis perpetuæ in perpetuum collo-
canda suscepta est. Statimque facies
ejus, ut glorificata, lucens splenduit.
Cella vero ejus, ut apotheca redoluit,
omniumque ora & pectora fragrantia
suavitatis replevit. Defunctus est aurem
S. Swibertus Werdenensis Episcopus anno
ætatis suæ sexagesima nono, Kalend.
Martii feriâ sextâ horâ duodecimâ, qua
hora Salvator mundi morte sua nos vi-
vificans, januam regni cælestis resera-
vit,

*Mi-
grat
à cor-
pore.*

*Vultus
defun-
cti di-
vini-
tus re-
splen-
dit.*

vit,

vit, qui est benedictus in sæcula sæculo-
rum, Amen.

C A P U T XXVIII.

*De sepultura S. Swiberti, ac miraculis qui
busdam à Deo per ipsum factis.*

Tandem sanctissimum corpus, ge-
mentibus cunctis fratribus, devo-
tè per Willeicum, Theodoricum, Ger-
ardum, aliósque principales suos disci-
pulos portatum fuit, positumque in
medio Ecclesiæ, in honorato feretro,
ut exequiæ ipsius sabbato celebraren-
tur. Confluebant autem multi ho-
mines ex diversis pagis & villis flentes
& dolentes, & præcipue pauperes,
frustrati de cætero largis eleemosynis,
quas ab ipso piè pro amore Christi re-
ceperant. Inter quos adductus fuit vir
quidam dæmoniacus graviter obfessus,
qui postquam tetigisset feretrum, super
quod sanctum corpus jacuerat, cunctis
cernentibus statim à dæmone liberatus
fuit, laudabatque ^{Dæmo-} Dominum & dilectum
famulum ejus S. Swibertum. Reliquus
verò populus vocem elevans, clamore
magno benedicebat Dominum, qui tam
magna fecit ad declarandum merita fa-
muli sui dilecti Swiberti, præsulis san-
cti.

Anima &c. Anima verò ejus in hora exitus
S. Swi- sui apparuit cum magna luce & gaudio
berti S. Willibrordo Episcopo Traiectensi,
apparet dilecto consocio suo, tunc redeunti
B. Wil- de Epternaco Véronam, petens & ad-
libr. monens, ut suis exequiis in Werda
 cum suis interesset, & eum sepulturæ
 commendaret.

Quod cùm nobis, scilicet suis
 discipulis & ministris, dolens intimàsset,
 statim celeri navigio Werdam usque
 perrexit. Affuit & illustris spiritualis
 filia sua, felix Plectrudis cum aliquot
 Prælatis Ecclesiarum benedicens Deum
 in meritis sui sancti Confessoris & Pon-
 tificis Swiberti. Cùmque S. Willibror-
 dus & felix Principissa cum fratribus
 sabbato vigilias defunctorum (ut moris
 est) decantarent, ecce adducunt quen-
 dam adolescentem; cæcum ex tonitru
 & fulgore coruscationum effectum, ut
 multis illic præsentibus constabat. Qui
 interumpens immodestè canticum
 mœroris vigiliarum, clamando, obnoxè
 & devotè pro suâ illuminatione san-
 etum invocando, cum tetigisset fere-
 trum, statim omnibus videntibus &
 stupentibus visum recepit.

Cecus
visum
recu-
perat
& fu-
riosus
sau-i-
tatem.

Prae-

Præterea furiosus quidam simili-
ter adductus, cùm devotè oscularetur
tegmen feretri, protinus sanatus fuit.
Mox clamor omnium attollitur in lau-
dem Dei, vigiliæ dimittuntur, & om-
nes glorificabant Deum, qui tanta mi-
rabilia, meritis sui sanctissimi Confes-
foris & Episcopi dignatus est operari.
Igitur Dominicâ die, expletis devotè
& solenniter exequiis in eodem Mo-
nasterio Werdensi, in quo degens Chri-
sto ferventer & feliciter servierat, ho-
nore condigno cùm hymnis & laudi-
bus devotè & reverenter sepeliebatur
per S. Willibrordum Archiepiscopum
Traiectensem, & S. Willeicum pres-
byterum, & gloriosam Plectrudem
Austrasiorum Principissam, cæteros-
que fratres & discipulos suos.

CAPUT XXIX.

*De miraculis sanctissimi Swiberti Episcopi
Werdenensis & Confessoris.*

V Erum, quia ego Marcellinus pres-
byter, qui hanc historiam con-
scripsi, dudum discipulus & consocius
S. Swiberti Episcopi, exequiis ejus una
cum S. Willibrordo interfui, & ad in-
stantiam dilectorum, Willeici, Ger-
ardi

ardi & Theodorici, cæterorūmque
fratrum, causā consolationis per quin-
denam in Monasterio Werdeni man-
simus, pauca de multis, quæ oculis
meis vidi, proferam miraculorum
testimonia: quæ etiam multorum
Multa
mira
cula ad
S. Swi-
berti
monu-
vien-
sum.
aliorum sunt oculis conspecta, ut me-
ritò possit, imò & debeat veraciter
credi, quòd magnus sit coram Deo,
atque mirabilis sit ejus gloria in cælis,
quem tot fulgoris radiis elucere facit
in terris. Nam post migrationem in
loco sepulturæ suæ infirmos curare
non desinit, qui semper dum viveret,
infirmis & pauperibus subvenire &
consulere consueverat, & egenis opem
ferre non cessabat. Nam post dormi-
tionem ejus, contigit feriā sextā se-
quenti, ut quidam gentilis pater fami-
lias, dictus Hathagerus de Cosveldia
fidei prorsus ignarus, longo paralysis
& calculi morbo gravatus, ac acer-
rimo dolore detentus, quotidiè valde
torqueretur.

Cūmque familiares & domestici
domūs acerbâ & intolerabili ipsius in-
firmitate dolerent, supervenit quidam
christianus, natus propè Werdam,

ibid.

no-

domine Henricus. Qui cùm hujusmodi infirmitatis tædio ineffabili ipsum torqueri cerneret, condoluit ei. Erat enim consanguineus ejus. Percipiens denique idem christianus, nullum relevamen Hathagerum sentire ex medela & cura peritorum, quāmvis medicis eum appositis pigmentorum fomentis & liquaminibus emollire niterentur, inspiratione divinā dixit christianus: Hathagēre dilecte cognate, audi salubre consilium meum. Non enim difido, si constanti animo rejectis damnatis diis, qui nec se, nec aliquem j�are queunt, crederes in Deum verum, Salvatorem tuum, Dominum nostrum Jesum Christum crucifixum, permitterésque te vehi in Werdam, & visitares ibidem cum fide & devotione locum habitationis sepulturæ S. Swiberti Episcopi christianorum, Dominicā proximè elapsâ illic sepulti, qui ex benignitate & bonitate Dei facit quotidie varia & valida miracula, quæ nunquām sunt audita, super egenos & infirmos, procul dubio semotâ omni infirmitate tua convalesces.

Quo auditō quidam pagani ipsum
delira-

delirare arbitrantes, spreverunt consilium ejus: alii asseruerunt, impossibile esse, mortuum viventi posse sanitatem praestare. Et sic verbis illius christiani nullatenus fidem accommodaverunt. Sed ingravescente indies ~~egritudine~~, Hathagerus saniori usus consilio, intrinsecus compunctus ad informationem Henrici cognati sui, spopondit Deo fore se christianum spretis idolis, modò in Werda consequi possit salutem. Igitur ipsum caro imponentes, sequente uxore cum familia, & aliquibus cognatis, ipsum Werdam cum oblationibus condignis duxerunt, comitante Henrico christiano, & in fide ipsum confirmante in via. Werdam itaque intrantes in die Martis, Hathagerus mox anhelans ad sanitatem, se ad sepulchrum S. Pontificis Swiberti duci petiit: Ibique ante corpus Sancti se prosternens, purâ fide & intentione supplex divinam pietatem rogavit, ut meritis sancti sui dilecti Confessoris Swiberti, pristinam recuperaret sanitatem.

Itaque cùm devotè sanctum invocáisse Swibertum, cunctis adstantibus,

bus, inter preces velut in soporem solutus dormiens, vidit, ut poste à re- ferre solitus erat, quod quidam in ha- bitu Pontificali, gerens figuram crucis in manu dextera, ipsum accessit: ea- que ter ipsum benedicens, omnino sanavit. Mox evigilans, sanissimus *Paro-*
lyticus
curan-
tur.
 surrexit, atque pro adepta sanitate re- pendit humillimè Deo & sancto ejus Swiberto gratias, & quid erga se S. Swibertus Episcopus egerit, omnibus gaudens & devoè explicando patefecit. Cunctisque gaudentibus, & Deum, & S. Swibertum laudantibus ex sug- gestione Henrici supradicti, & præcipue ex informatione S. Willibrordi, ut spo- pondit, sacramenta fidei & baptismatis cum omnibus ipsum comitantibus per S. Willeicum suscepit. Vocabu- que fuit, ob memoriam miraculi, Ha- thagerus in baptismo Swibertus. Quo patefacto & diffamato longè latèque miraculo, multi per dies locum sepul- turæ ejus frequentare & sanitatem ibi gratiā capere rūm sibi, rūm suis cœ- perunt. Optatam namque ibi, nobis præsentibus, recepit hospitatem mul- titudo languentium.

G

CA

CAPUT XXX.

De curatione cæcorum Susati.

A Dolescens quidam natus Werdae,
Swederus nomine, veniens anno
Dominii septingentesimo decimo octa-
vo in civitatem gentilium, Susatum
nomine, hospitabatur in domo cu-
jusdam pessimi pagani, in qua pran-
debant Westphali multi malitiosi, inter
quos & residebat prandens idem Swe-
derus. Inter eos tandem orta fabula-
tione de generositate & potentia deo-
rum, & impotentia Christi, Dei chri-
stianorum: idem Swederus placide
enarravit paganis virtutes & miracu-
la, quæ Dominus meritis S. Swiberti
declaravit, & quotidiè declarat in
Werda, Gentiles verò ebrii, compe-
rientes Swederum christianum, irati

*Swede-
rus ma-
lè mul-
tatur
ab eth-
nicis.* valde, surgentes cum furore ipsum ca-
piunt, & inter multa verbera & ludi-
bria linguam ei præscindunt, arbitran-
tes per hoc, obsequium magnum se
præstare diis suis. Quo facto, redeun-
tes hilariter ad prandium, cum multa

*Ethni-
ci cæci-
fiunt.* probroso convitia in Christum & san-
ctum ejus jactassent, statim omnes cæ-
ci effecti sunt: panes etiam & frusta

pa-

panum in lapides conversi & mutati sunt. Swederus vero, ut inimicus deorum, extra hospitium tractus & in publica platea tanquam fœtidum animal projectus, volutatusque in proprio sanguine, oravit corde beatum Swibertum dicens, O sanctissime Confessor Swiberte, si tantæ virtutis es & potestatis coram Deo, ut nobis dicitur, ede tale signum ex tua benigna misericordia & gratia in corda istorum pestilorum paganorum, Deo & tibi detrahentium, ut à sua duritia & malitia convertantur.

Statimque pagani commoti, ad *Resipiscere* cor redeuntes & agnoscentes, quia ^{cunt, &} *S. Swi-*
vindex manus Dei christianorum re *berti*
tigit eos, cœperunt dolere, & san- *opem*
etum invocare Swibertum pro auxilio implor-
habendo, terribilibus vocibus claman- *rant.*
tes & perentes præfatum christia-
nnum ignominiosè ab eis tractatum
introduci, ut ab eo veniam de com-
missis peterent, & eum satisfactione
condigna ad honorem Dei & S. Swi-
berti placarent. Sed nemo eis inten-
debat, discurrentibus familiaribus
servis & ancillis præ nimio terrore

extra domum. Hospes vero capitaneus blasphemator Dei, non solum corpore, sed mente cæcatus, ex nimia vefania & grandi dolore insaniens, cæpit deos blasphemare & omnibus maleficere. Quo miraculo ex clamoribus cæcorum patefacto, concurrunt non solum vicini, stupentes & mirantes de tam insolito signo, sed & ferè tota civitas. Qui videntes illud grande spectaculum, tam mirabile, quam miserrabile, pro diversitate hominum, diversis quoque modis mussitabant: tandem circa crepusculum, amici profani hospitis Swederum christianum piè ex luto tollentes, ad viros divinitus cæcatos deportarunt. Quem cæci lupi, jam agni effecti, præsentem agnoscentes, protinus in terram prostrati, lachrymis uberrimis & mœstis vocibus de commissis in eum veniam precabantur.

Ipse vero elevans eos pro viribus suis, dolens de temeritate ipsorum, potius tamen gaudens de disticta animadversione & cæcitate ipsorum, ut cognoscerent virtutem Dei, indulxit piè eis, declarando eis si-

gnis,

gnis, nutibus & scriptis, ut relictis
 idolis secum omnes in Werdam ad S.
 Swibertum peregrè properarent, ubi
 omnes procul dubio meritis ejus pri-
 stinum visum reciperent. Erant autem
 numero septem, qui excæcati fuerant.
 Alterà verò die omnes duobus curri-
 bus impositi, comitantibus uxore &
 consanguineis hospitis, Werdam usque
 properant, afferentes secum panes in
 lapides mutatos. Cumque omnes ad *Invo-*
sepulchrum S. Swiberti starent, ada-
catur
S. Swi-
bertus.
 lescens Swederus, licet verbis non
 posset, corde tamen toto beatissimum
 Swibertum Episcopum invocavit, di-
 cendo intra se: O beatissime Swiberte:
 tu multos in tribulationibus & neces-
 sitatibus adjuvisti: tu scis, quia amore
 Domini nostri Jesu Christi illa pertuli.
 Te ergo, gloriose Präful Swiberte, in-
 voco, & totis visceribus cordis mei
 tuum auxilium humiliter lachryman-
 do imploro, ut, si merita tua accepta
 fuerunt coram Deo, mihi subvenire
 ad gloriam Dei non differas.

Qui vix talen meditationem
 compleverat, & ecce S. Swibertus sta-
 tim pixedem plenam unguento in ma-

G 2

bus

nibus portans, adfuit dicens: Amice, vocasti me: ecce adsum. Deinde os illius unguens, dixit: Dominus Jesus

Marc. qui tetigit linguam muti, dicens:
7. Cap. *Ephpheta*, quod est, adaperire: det
v. 34. tibi loquela tuam, in cuius nomi-
Mutus ne dico tibi: Loquere, & da laudem
loqui- Deo creatori tuo. Qui statim devo-
sor. tissimè sonorà voce benedixit Deum

& S. Swibertum egregium Pontifi-
 cem Cæci vero audientes ado-
 lescentem loquentem, & S. Swiber-
 tum pro recuperatione admissæ lo-
 quelæ laudantem, majorem ample-
 etentes fiduciam in Christum & san-
 tum ejus, corde toto implorant
 ejus auxilium, atque visum omni-
 bus amicis adstantibus recipiunt: pa-
 nes verò in signum miraculi ante
 ejus sepulchrum obtulerunt, & ipsi
 ibidem per triduum perseverantes in
 fide irnbuti, baptismum suscepserunt.
 Redeuntes itaque, multos paganos
 Susati exemplo illius signi, ad Christi
 fidem traxerunt.

Caci
visum
recipi-
unt.

CA-



CAPUT XXXI.

*De quatuor viris morbo anginæ
laborantibus.*

Eodem anno quatuor viri diversis temporibus usque ad mortem morbo anginæ laborantes, ad sepulchrum ejus dolorosè adducti cum oblationibus; sani & gaudentes ad propria cum gratiarum actionibus in laudem Dei redierunt.

CAPUT XXXII.

De curatione Episcopi Coloniensis.

Posteà verò tempore Pipini Regis Francorum filii Caroli Martelli Principis, Hildegerus Archiepiscopus Coloniensis, qui mediante Rangefredo, sancto successerat Agilolpho, cùm quādam die cu[m] eodem Pipino in expeditione contra perfidos Saxonēs profectus fuisset, corruens armatus de caballo suo super quandam rupem, fractis scapulis & uno brachio cum tempore capitatis, semimortuus portabatur ad tentorium. Nocte verò sequenti apparens ei S. Swibertus

G 4

in

in visu, præcepit, ut sepulchrum ejus in Werda visitaret, & integrum sanitatem recuperaret. Episcopus protinus expergefactus, præcepit sine dilatione ipsum vehi ad S. Swibertum in Werda. Illucque veniens, cum devotione sanctum invocans, statim potenti medicamine sanatus est: Ad laudem & gloriam Domini nostri Iesu Christi, qui cum Patre & Spiritu sancto vivit & regnat Deus, per infinita saeculorum saecula, Amen.

Hucusque vita S. Swiberti per Marcellinum Presbyterum. Sequuntur nunc quædam de illius in divos relatione & miraculis post obitum, & aliis nonnullis, authore S. Ludgero primo Monasteriensi Episcopo.



EPI-

EPISTOLA RIXFRIDI
TRAJECTENSIS
EPISCOPI.

AD

S. LUDGERUM
MONASTERIENSEM
EPISCOPUM.

Dilecto Patri & confratri Ludgero,
sanctæ Monasteriensis Ecclesiæ Episcopo, Rixfridus sanctæ Traje-
tensis Ecclesiæ indignus sacerdos & Epi-
scopus. Gratia Dei cum incremento virtu-
tum & profecta salutis. Cum apud nos
in nostro conventu Frisœ in vico Dockem,
in quo beatus Bonifacius, secundus Traje-
tensis Ecclesiæ Archiepiscopus, ut tibi per-
optumè constat, cum quinquaginta uno fra-
tribus martyrium pertulit, habeamus &
reverenter possideamus libellum, continen-
tem gesta & Legendam sanctissimi Swiberti
Episcopi, confocii & Coëpiscopi S. Willi-
bordi, editam mandato & autoritate A-
postolica sancti Patris Gregorii, Episcopi
Trajectensis Ecclesiæ, à S. Marcellino pres-
bytero, consodali & confratre sanctorum
Willibordi & Swiberti, ceterorumque
confratrum: quem librum gloriofus Alber-
tus sive Albertus, quartus Trajectensis tus 4.

S. Boni
facius
2. Epi-
scopus
Traj.

G S Pon-

Pontifex, natione Anglicus, Eboracensis
 Diœcesis, & consanguineus S. Swiberti
 Episcopi, in eodem Conventu honore de-
 bito custodi divi & servari decrevit, voluit
 & præcepit, diligenter postulans à suo suc-
 cessore Theodardo Episcopo Traiectensi, ut,
 Theo- dardus ubi catalogo Sanctorum Confessorum ad-
 5. Ep. scriberetur, impetrando procuraret ab au-
 thentica & probata persona in scripta redi-
 gi modum & ordinem elevationis & cano-
 nizationis ejus, ut insereretur & addere-
 tur prædicto libro sanctissimæ vitæ suæ
 editæ & exaratae à præfato Marcellino
 presbytero. Qui Theodardus, quintus Tra-
 jectensis Episcopus, ipsum ab Harmacaro
 successore suo, desiderio magno exoptavit.
 Har- maca- rus 6. Ep. Traj. Harmacarus verò, similiter natione An-
 glicus ex regno Humbrano, & Eboracensis
 Diœcesis à me, utpote à suo successore, &
 à cæteris confratribus conventus Traje-
 ctensis requisivit, & postulavit hoc ipsum.
 Ego verò promissionis meæ & desideriorum
 meorum Prædecessorum Pontificum Tra-
 jectensis Ecclesiæ memor, audiens ipsum
 sanctum Swibertum jam nuper, scilicet
 Quan- secundo nonas Septembbris, solenniter à
 do sit sanctissimo Papa Leone in præsentia sere-
 canoni nissimi Caroli Magni, Romanorum Imper-
 zatus. ratoris, cæterorūmque multorum Cardina-
 lium,

lium, Archiepiscoporum, Episcoporum, Pro-
 cerum & Primatum canonizatum, ossaque
 ejus sacrosancta, propter cibra miracula
 sua, elevata, & in arcam sive capsulam,
 auro & argento compte ornata, decenter
 collocata, cunctisque Christicolis veneran-
 da exposita, ut intercessione & suffragio
 ipsius a malis omnibus erui & liberari me-
 reverentur. Et merito, quia Omnipotens
 singularis vitae ejus excellentiam, non so-
 lum, dum viveret, multis magnisque mira-
 culis approbavit: verum etiam post feli-
 cem transitum ipsius ipsum secum regnare
 in celis, certis coruscantibus cibrisque
 signis & prodigiis quotidie manifestat &
 declarat: quorum quedam a dignissimis
 probatisque testibus, fratribus nostri con-
 ventus, qui interfuerunt & viderunt, au-
 divimus: de quibus omnes laudantes bo-
 nitatem Salvatoris nostri, congratulamur
 in nostro Conventu. Propterea solicitu-
 sum, ut veraci stylo ab authentica persona
 conscribantur predicta, ne aliqua inni-
 scieantur ficta, vel apocrypha ex pietate, sed
 planè & debitè, ut res ipsa in veritate se
 habuerit. Ego vero sciens, quod in confi-
 nio suæ parochiæ requiescit, & zelum legis
 Dei habes, & excellētia divinarum scrip-
 turarum in tua anima viget & floret:
 idcirco

idcirco egregie Pontifex Ludgere, mi dilectissime Confrater, admonitione & exhortatione fratrum conventus Traiectensis, & præcipue fratrum in Dockem, ad tuam fraternalm dilectionem fidissimum habeo accessum, pie efflagitans, ut ordinem modumque elevationis & Canonizationis ipsius, & qui interfuerunt, amore Albreici Episcopi Traiectensis Ecclesiæ, consanguinei supradicti sanctissimi Swiberti Episcopi, qui

Nunc te ad *Minimigardum direxit Episcopum, ad confirmandum neophytorum, in scripta probato stylo redigere digneris, ut illæ addantur libro de vita ipsius exarato & conscripto.

Et non solum ordinem hinc modum suæ elevationis & canonizationis, sed & quædam miracula, quæ post feli- cem ejus transitum Dominus noster, Jesus Christus dignatus est ostendere & patrare meritis & intercessionibus ipsius in Werda vel propè, & adhuc quotidie declarat, ne ea, quæ gratia Dei fuerint in tempore, simul cum tempore labantur, sed perpetuentur scriptis ad decus Ecclesiæ, ut piâ ejus intercessione Pontificale tuum ministerium, & cuncta opera tua in praesenti salubriter prosparentur, & in futuro sempiterna gaudia consequi valeas.

Inter-
cessio
San-
ctor.

EPI.

EPISTOLA S. LUDGERI

AD

RIXFRIDUM

TRAJECTENSEM EPISCOPUM.

Venerabili Confratri & gentium
prædicatori eximio, Rixfrido
Traiectensis Ecclesiæ Episcopo
Ludgerus servus Iesu Christi, salutem &
omne bonum. Postulas à me, dilecte Pa-
ter, rem quidem opere non difficilem, sed
opere veritatis præsumptuosam: dum ex-
pavescos & contremiscos aliquid addere ad
complementum illius libri, editi & con-
scripti à tam excellenti gentilium præ-
dicatore, egregio presbytero S. Marcelli-
no: qui utique ultra septuaginta annos
evangelizando ferventer Christum, præ-
fuit pagani & gentilibus, magnam par-
tem Frisiæ convertendo. Qui proculdu-
bio sacerdos erat magnarum virtutum, sacerdoti
propheticisque spiritu plenus, ut tu nosti,
qui & Frisonibus verba vitae, monita
virtutum simul & exempla præbebat, &
ad cœlestium gaudiorum curabat conver-
tere amorem. Sed eo propter suam imbe-
cillitatem, decrepitamque ætatem ex Fri-
siæ ad conventum Traiectensem per præ-
fatum

Ex-
mia
laus
Mar-
cellini

fatum S. Gregorium Episcopum revocato,
 multi propè Aldenseel in Frisia & confini-
 bus ejus, neglectis sacramentis fidei, quibus
 erant feliciter ab ipso imbuti, ad errati-
 ca idolorum fana & phylæteria dæmonia-
 cæ artis se contulerunt. Ad quorum erro-
 rem corrigendum, ipse à quibusdam inco-
 lis Christianis ejusdem Provinciæ, ut cele-
 riter rediret ad illos perfidos, humiliiter re-
 quisitus; & ab eodem sancto Gregorio Epis-
 copo ad illos missus & directus, eos suā
 fructiferā prædicatione ad viam veritatis
 denud revocavit, cum Gerardo, Onone &
 Adalgero, aliisque: qui & in vico Dockem,
 publicè coram Haddone, Thrauburgo, Hen-
 rico, Gerardo, Onone & Adalgero, aliisque
 fratribus prædictis & prænunciavit Epis-
 copatus honore me sublimandū, & populis
 rudibus verba vitæ ministraturum. Quæ
 omnia sortita sunt effectum, ut impræsen-
 tiarum cernis. Præterea, cùm currunt
 ascenderet ad eundem in Aldenseel, omni-
 bus fermè fratribus Conventus Traiecten-
 sis mecum ipsum ad currum comitantibus,
 & propter suum recessum piè marentibus,
 ecce obviam habuit ante portas Monasterij
 Traiectensis duos viros squalidæ lepræ infe-
 stos, ligneo crepitaculo eleemosynas pe-
 tentes: quos ut vidit, confisus in Domino
 fusæ

Frisiis
 apostas-
 tas ad
 fidem
 revo-
 cat
 Mar-
 celli-
 nus.

fusa tacitus prece ad Dominum, calicem
sibi ad potandum porre^ctum benedicens, &
illis leprosis mittens, propter confirmatio-
nem neophytorum adstantium præcepit ex
eodem calice eos bibere. Qui bibentes sta-
tum mundati sunt, nobis omnibus adstan-
tibus & stupentibus te tam insolito miracu-
lo. Ipse verò Deo gratias referens, salutatis

Duos
lepro-
sos sa-
nat.

singulatim piè fratribus mærentibus rece-
dens, apud Aldenseel aliquot annos degens,
Christumque devotè annuncians, ac multis Multis
aliis miraculorum signis effulgens, ibidem claret
in Aldenseel feliciter in Domino requievit. mira-
Attamen quia opera Dei, quæ in homini- culis &
bus per sanctos Dei fiunt, non silentio te- mori-
gere, sed prædicare decet: quia gloria &
honor Dei est, merita & virtutes sancto- tar in
rum enarrare, eásque scriptis commenda- Alden
re: quæ quò latius propagantur, eò boni
in Domino magis gloriantur, & mali eru-
bescent: quia omnipotens Deus, qui facit
mirabilia magna solus, per intercessiones
& merita sanctorum, quos in terris cele-
britate congruè veneramur, mirabili dig-
nitione imperfctum nostrum suppleri pro-
vidit: ut quod nostris meritis implere non
valemus, eorum suffragiis assequamur. In-
super licet nihil novæ perfectionis & gloriæ
sanctis accrescat, si honor aptur & invo-
cantur

cantur à Christi fidelibus, ac felicia eorum
 gesta conscribantur, ed quod humanā laude
 (quorum laus Christus est) nullo modo,
 egeant: iamnen licet præ grandi senio lecto
 frequenter incumbo, scèpè dictam optatam
 elevationem corporis sancti Swiberti, & ce-
 leberrimam canonizationem, ut sub testi-
 monio Spiritus sancti à devoto Patre Theo-
 dorico de Syburg, Priore conventus sanctissi-
 mi Swiberti Episcopi in Werda, & ab illis,
 qui viderunt elevationem sancti corporis
 ejus, atque canonizationi ejus corporaliter
 interfuerunt, qui hodièque vivunt, in ve-
 ritate didici, & quam relatu veracissimo
 mihi devote retulerunt, & cætera, quæ de
 eodem sancto Episcopo patrata constant, ad
 gloriam Dei & decus Ecclesie & ad laudem
 & honorem sanctissimi Swiberti Apostolici
 Episcopi, & ad profectum fidelium con-
 texere scriptis exordiar, confisus patroci-
 niis & meritis ipsius S. Swiberti, victus in-
 stantia tuâ, fratrûmque tuorum. Non
 enim fucis verborum veritatem obducam,
 sed per viam simplicem incedam. Etsi
 verò sermo rufis offendat, brevitas ad
 legendum provocat. Precor igitur, oratio-
 nibus tuis fratrûmque tuorum mihi sub-
 venire studeas, ut ad honorem Dei, ea
 quæ dixi, ita conscribere valeam, ut salus

&

¶ & devotio credentium inde augeatur *Sala-*
tuta mihi in vinculo charitatis omnes fra-
tres conventus tui, & præcipue dilectum
consanguineum meum nobilem Lamber-
tum de Lemgawen.

C A P U T I.

Ut Pipinus Dux castrum in Werda con-
struxerit, & meritis S. Swiberti
victoriam contra paganos
obtinuerit.

Igitur anno trigesimo primo post cele-
 brem transiit sanctissimi Swiberti,
 glorioſi Episcopi & Confessoris, anno
 ſcilicet à nativitate Domini ſeptingen-
 teſimo quadragesimo octavo, illuſtriſ-
 ſimus & Christianiſſimus Princeps Pi-
 pinus, filius Caroli Martelli, Major
 domus Franciæ, qui fuit Dux Agrip-
 pinensis, Austricæ, Thuringicæ, Bur-
 gundiæ, Provinciæ, & totius Lotharin-
 giæ, antequam fuit coronatus Fran-
 corum Rex, debellans potenter perfidos
 Saxones & Westphalos, ſimul & An-
 garios; inter cetera pietatis ſuæ ſalu-
 bria opera, allectus famâ ſanctitatis &
 miraculorum gloriâ S. Swiberti Epi-
 scopi, eò quod ad ſepulchrum ejus in-
 H. firmi

Anno
748.

Pipi-
nus
oppug-
nat
Saxo-
nes.

firmi sanabantur, cæci visum, claudâ gressum, febricitantes in columitatem impetrabant, munitionem exstrui in eadem villa Werda, in qua sanctum ejus corpus requiescit, celeri opere propè Ecclesiam ejusdem S. Swiberti fecit, propter defensionem Ecclesiæ ejusdem Sancti, & devotorum fratrum ibidem Deo militantium munitionem. Quâ nobiliter construētâ & firmatâ contigit, ut idem egregius Princeps Pipinus anno sequente, anno scilicet Domini septingentesimo quadragesimo nonosaxones & Westphalos debellans, potitusque victoriâ cum triumpho, cum suo exercitu multùm lasso ad Coloniam Agrippinam redditum maturaret.

Anno
749.

Westphali porrò dolentes christianos eis dominari, licet, Deo auxiliante, triumphali gladio ipsius Pipini vieti, profligati & prostrati succubuerunt: indignati valde, exercitum fortem nimis festinanter denuò congregantes, per compendia itinerum & devia exercitum christianorum prævenientes, positis insidiis, multùm hostiliter & calidè propè Werdam Pipinum cum suis Christicolis animosè invadere & bel-

lum

tum rursus instaurare & committere decreverunt. Quod inclitus Princeps, per suos exploratores percipiens, primò parùm doluit, tum propter lassitudinem exercitū sui, tum propter defunctos & sauciatos; fiduciam tamen firmam habens in Deum, recordatúsque miraculorum sanctissimi Swiberti, descendens de caballo suo, prostratus in terram, flexis genibus sanctum Swibertum devotâ mente invocans, & auxilium & patrocinium ipsius implorans, vovit Deo & ipsi S. Swiberto quod, si is pro honore nominis christiani à Christo, sibi & exercitui suo suis meritis & precibus victoriām contra paganos impetraret, & christianum populum protegeret, & sanum inde reduceret, ipsum in Wercia cum suis Primitibus suppliciter peregrē visitaret.

Quo emissō voto, statim lux imensa super exercitum christianorum splendens, non solūm paganos exterruit, sed & ferè excæavit, pavörque ingens eos invasit. Quod cernentes pagani timore validō perculsi, formidantes manūm potentis Dei christianorum

horum super eos sœvire , cælumque
 super eos ruere , consilio celeriter ini-
 to , miserunt duos Satrapas ad Pipi-
 num , petentes , quæ sunt pacis , eique
 se subdentes , ac referentes constanti
 animo , quæ viderant , & eis contigerant .
 Pipinus verò , cùm hoc audisset , intel-
 ligens hoc meritis sancti Swiberti acci-
 disse , lætus in terram cum suis proce-
 ribus prostratus , Deum adorans , &
 gratias devotè referens , receptis à pa-
 ganis pacis obsidibus , Werdam cum
 suo exercitu humiliter intravit , discal-
 ceatúsque cùm suis inclitis primoribus ,
 & præcipuis ministris , sepulcrum S.
 Swiberti regalibus muneribus & obla-
 tionibus visitans , benedixit Deum
 & sanctum Swibertum , qui absque
 effusione sanguinis humani victoriam
 sibi contra perfidos præstitisset : &
 deinceps sanctum Swibertum in suum
 protectorem & patronum , ac specia-
 lem elegit advocatum .



CA-

CAPUT II.

Ut S. Swibertus illustrem Principem Hunaldum à peste anginæ & periculo mortis cum multis aliis liberaverit.

D Einde anno à nativitate Domini *Anno* septingentesimo quinquagesimo 755. quinto, serenissimus Pipinus præfatus, jam per S. Bonifacium, Moguntinensis & Traiectensis Ecclesiarum Archiepiscopum, Rex Francorum authoritate & mandato Zachariæ Papæ consecratus & coronatus, ordinavit nobilis Principem, armis strenuum, Hunaldum nomine, Principem & Comitem de Angiers, Capitaneum Christianorum in munitione Werdensi sive propugnaculo, ad tuendum fines Christianorum contra impetus paganorum. Accidit autem eodem anno, ut ipse Hunaldus cum plerisque sui exercitus militibus squalido squinantiæ morbo infectus ad mortem usque ægrotaret. Cumque de vita quorundam & præsertim Principis Hunaldi desperaretur, & mœror esset validus propterea inter christianos, ipse Hunaldus egregius Princeps, medicis de vita ipsius

H 3 de-

desperantibus, fiduciam magnam in sanctum concipiens Swibertum, eo quod multa miracula dudum ab ipso patrata didicerat, publicè, multis coram adstantibus, vovit ipsum devotè visitare, & ipsi deinceps fideliter servire,

Hunaldus à B. Swi- modò ipsum ab imminentे periculo
morbo squi- & peste suis meritis & precibus libera-
nantia liberan- ret. Voto peracto statim absque hu-
tur. mano medicamine convaluit, votum-
Plures item alii ab eodem morbo liberan- que cum suis latus humiliter adim-
tur. plevit, & ut vovit, quādiu vixit,
Plures item alii ab eodem morbo liberan- servitio ejus se mancipavit.

Quo miraculo inter aulicos, eadem squiniantæ peste infectos, divulgato, etiam ferè in extremis laborantes votum similiter de visitando sepulchro ejus, ut sanarentur à languoribus suis, voverunt: & plerique sanati, votum nudis pedibus devotè impletentes, laudaverunt Dēum in sancto Swiberto, quia mirificavit ipsum tantis miraculis. Post hoc autem habitus fuit in maximo honore ab omnibus fidelibus, frequentantibus & honorantibus sepulcrum ipsius, cum diversis oblationibus & muneribus. Eodem anno idem illustris Hunaldus Comes de

An-

Angiers, dispositis rebus bellicis in eodem castro de Werda, abiit ad Piponum Regem Parisios, & eidem omnia perpetrata per S. Swibertum, potentem Dei medicum, devoto corde patetfecit. Unde his auditis Rex laetus effectus benedixit Deum te tantra gratia Hunaldo suo Duci, cæterisque clientibus exhibita per merita & intercessiones sancti Swiberti. Deinceps Piponius Rex, in sanctum Swibertum majorem fiduciam concipiens, servivit quotidiem certis orationibus, depre-^{nus Rex}
^{die cer-}cans, ut ipsum, & regnum, populum que sibi subjectum suis meritis protegat. Hæc autem ego Ludgerus, mihi preces nimus servorum Dei, ab eodem Rege offert. Pipino Coloniæ audivi, orto sermone de miraculis S. Swiberti in mensa Regis.

CAPUT III.

De prima elevatione corporis S. Swiberti.

Episcopi.

Eodem anno S. Stephanus Papa, ^{Anno} 755. ejus nominis tertius, ob infestationem & oppressionem sanctæ Romanæ Ecclesiæ ab Aistulpho, atroce ^{Stephanus Pa-}
^{pa ue-}Rege Longobardorum, factam & per-

H 4

pessam.

*nit ad
Pipi-
num
regem.* pessam, in Franciam ad Christianissimum Regem Pipum defensorem Ecclesiæ & propugnatorem Catholicae fidei, veniens cum suis Cardinalibus, regaliter ab eodem Rege receptus, & ad ejus est perductus palatum. Itaque collatione habita de oppressione Romanæ Ecclesiæ cum eodem felici Rege, idem Rex inter cætera exposuit sanctissimo Pontifici felicissimam vitam & miracula S. Swiberti, petens benignè ab eo, ut catalogo sanctorum Confessorum per ipsum adscriberetur.

S. verò Stephanus Papa aliquatenus apud S. Dionysium ægrotans, tum propter fatigationem longi itineris, tum propter senium, tum propter oppressionem Romanæ Ecclesiæ, volens satisfacere felici & justæ petitioni Christianissimi Regis, commisit vices suas ad experiendum aëtus, virtutes & gesta, ac miracula ipsius S. Swiberti, ad canonizandum ipsum Sanctum vice ipsius, venerabilibus Patribus & Pontificibus, sancto scilicet Hildolpho Trevirorum, Bonifacio Moguntinorum Archiepiscopis,

Ful-

Fulcario Leodensi Episcopo, & præcipue Hildegero Coloniensi Archiepiscopo, in cuius parochia sanctissimus Swibertus Episcopus migravit ad Christum.

Qui venerabiles Patres propter incursionem Saxonum, & expeditiōnem exercitūs incliti Regis Pipini contra præfatum Aistulphum, persecutorem Ecclesiæ Romanæ, in Werda non convenientes, distulerunt canonizationem S. Swiberti Episcopi usque ad redditum ipsorum ab Italia: quia necessitate imminentis belli urgente, hoc facere commode nequistabant. Sicque canonizatio ipsius aliquanto tempore protracta fuit. Atamen Venerabilis & Divus Pater Hildegerus Colonien. Archiepiscopus, antequam in bello Saxonico apud Weseram occisus, immo Martyr profide Christi effectus fuit, Werdam cum suis clericis properavit, ut altera die ipsum solenniter autoritate Apostolica exaltaret.

Igitur altera die, quæ fuit quarto Idus Junii, Missarum solenniis per

eundem Archiepiscopum expletis,
accessit devotè in pontificalibus cum
fuis presbyteris, clericis & fratribus
conventūs in Werda ad tumulum S.
Swiberti. Cūmque depositā terrā,
arca, in quā sacroſanctūm corpus S.
Swiberti jacuit, aperta eſſet, odor
mirificus omnium ora & nares per-
fudit. Archiepiscopus verò reveren-
ter & devotè sanctūm corpus ex tu-
mulo elevans, in aliam pulchram
capsulam ad hoc præparatam, idem
corpus sanctūm, involutum mundis-
simis pontificalibus indumentis ac
ornamentis, ritē collocavit.

In cuius corporis sancti eleva-
tione, quidam civis Colonensis,
Mutus & fur-
dus cu-
retur. Robertus nomine, dictus de veteri
monte, mutus & furdus, auditum
& loquclam meritis & intercessio-
nibus S. Swiberti, osculando ma-
num ejus in præſentia Archiepiscopi
& fratrum conventūs Werdensis, &
omnium aliorum adstantium recu-
peravit. Factūmque est in illo die
gaudium magnum in Werda ab om-
nibus. Condidit nihilominus idem,
Venerabilis Archiepiscopus idem san-
ctum

Etum corpus in crypta subterranea propter incursionem vicinorum gentilium.

Statuit insuper idem Archiepiscopus eundem diem elevationis corporis sancti Swiberti, scilicet quartum Idus Junii, per totum vicum de Werda celebrati perpetuis temporibus, ut diem Dominicam, ab omnibus incolis ipsius vici in honorem S. Swiberti. Et deinceps frequentabatur S. Swibertus ab omnibus vicinis christianis devotè & solemniter peregrè cum diversis oblationibus: appellabaturque ubique terrarum Patronus pestis squinantiae, ita ut multi infecti tali & tam periculosa peste, venentes devotè ipsum peregrè visitare, & ipsi servire, liberati sint ab eadem peste, adducti ad sacrosanctum & venerandum corpus ipsius.

CAPUT IV.

*De crudelitate Saxonum & concrematione
Ecclesiae S. Swiberti, & destructione
oppidi Werdenfis.*

POstremd imperante Carolo, Magno, Rege Francorum, inclito filio

lio præfati Regis Pipini, cùm is subjugatis potenter Saxonibus & Westphalis, decrevisset cum grandi exercitu christianorum contra gentiles Hispanos ire in Hispaniam, & eos mittere sub jugum fidei Domini Dei nostri Jesu Christi, anno scilicet à nativitate ejusdem Domini nostri septingentesimo septuagesimo octavo, Indictione prima; ferocissimi & perfidi Saxones & Westphali, excitati spiritu Satanæ, ac inebriati calice Babylonis, cùm præfatus Carolus Rex esset cum toto suo exercitu in Hispania, putantes & videntes se habere aptum tempus ulciscendi damna, à Carolo & à christianis ipsis sæpè illata, conglomerati in invicem præceptis Satraparum ipsorum, venerunt cum validissimis & grandibus agminibus strenuorum & ferocium armigerorum, depopulantes longè latèque crudeli ferro & edaci flammâ cuncta, quæ erant christianorum.

*Saxo-
nes po-
pulan-
tur fi-
nes
chri-
stiano-
rum.*

Veneruntque usque ad litora Rheni, & in tantum sæviit ira & crudelitas ipsorum, ut nullatenus parcerent, nec Ecclesiis Dei, nec sexui,
nec

nec ætati hominum, quin omnia consumerent, ac demolirentur usque ad internectionem: sed anno sequenti maxima vindicta subsecuta fuit, & denuò ad fidem revocati triumphali gladio serenissimi Francorum Regis Caroli, propugnatoris fidei christianæ, fuere. Quâ horrida clade sœviente, prædictæ ferocissimæ gentes Saxonum & Westphalorum ad Ecclesiam sanctissimi Swiberti, & ad oppidum Werdam ferocitatis suæ direxerunt gressum. Quod oppidum livore magno, feroci igne & ferro, solo tenus destruxerunt. Eadem tempestate Ecclesia cum conventu S. Swiberti contremata fuit: sacerdotes verò aut trucidati aut effugati: incolæ utriusque sexus ferè occisi, libri sacri exusti, vicissim ferè in solitudinem redactus est: dempto sacro corpore S. Swiberti, sagaciter subtus terram deposito & depresso: quod licet industrie per totum conventum quæsierint, minimè tamen invenire potuerunt. Et licet essent christiani vi adacti, & hæc crudelia peragerent; oderant tamen S. Swibertum, eò quod pridem christianis Francigenis præstitisset victoriæ

*Werdam
à Saxonibus
destrui-
tur.*

xiam

riam contra eos, & ut arbitrabantur, inimicus ipsorum esset, & defensor exercitū christianorum.

CAPUT V.

Ut male perierit, qui Ecclesiam S. Swiberti primus incenderat.

ERAT autem in eodem flagitioso exercitu quidam satelles diaboli, nomine Ogellus Oesterbach de Paderborne, qui in eādem saeva depopulatione oppidi de Werda, infinita flagitia commiserat, gaudens in rebus pessimis. Is totā vi conatus inflammare S. Swiberti Ecclesiam, ignem primus copiosum ad fastigium jaetavit Ecclesiae. Sed protinus ignis saepè repulsus & emortuus, extinctus & diminutus fuit. Vim enim virtutis suae, meritis S. Swiberti, primò oblitus est ignis. At ille obstinatus in malitia, licet haec cerneret, & nullo modo desistere dignaretur, tandem permissione divinae eam incendit, & actus abivit.

Igitur cum haec effera & bellissima gens Saxonum, infinita abominabilia, ubique in christianos graſſando

sando, ad libitum peregisset, divisiisque inter eos lætarentur rapinis ad spoliis, sedissēntque in suburbanis & vicinis pratis virentibus oppidi Werdensis, ovantes & gratulantes de cædibus & oppressionibus christicolarum: ecce venit ille sceleratissimus & sacrilegus Ogellus ad commilitones & conterraneos suos, in eodem prato prandentes, cachinando recitans, ut ipse Ecclesiam S. Swiberti protectoris Francorum incenderit, quamvis commodè eam aliquandiu incendere nullatenus potuisset. Statimque Dominus noster Jesus Christus, qui est splendor Sanctorum suorum, volens sacrilegis Saxonibus palam ostendere, cuius meriti S. Swibertus nobilis Pontifex apud ipsum esset in regno cœlorum, illum nefandum Oggelum miserabiliter punivit, ut alii terrentur & à talibus desisterent. Nam cum perniciosus Ogellus hæc prædicta mala per ipsum perpetrata, coram prandentibus sociis & complicibus suis cachinnando, imò in Deum blasphemando, recitaret, statim ira Dei con Dei ascendit super illum, cadensque *tra* *fa* *re* *torum* coram omnibus super plæcile-

nam

*gum
vindi-
cta.*

nam terram, fracto collo, dignastemeritatis ac sacrilegii pœnas debita & horribili morte luit. Quod alii sacrilegi videntes & audientes, exterriti valde, compuncti pœnitentia salutari, quidam ipsorum iram Dei mitigaverunt.

C A P U T VI.

Ut Satrapæ Saxonum duo divinitus flagellati, meritis sancti Swiberti pristinæ restituti sanitati fuerint.

Nec hoc sufficiebat Deo ad laudem S. Swiberti: quin etiam illustrius honorare voluit Sanctum suum coram omni exercitu Saxonum & Westphalorum. Nam cùm sacrilegus Ogellus mortuus, coopertus velamine, sic per tres ferè horas jacuisset, & signo dato juberentur ubique per totum exercitum castra metari in alio loco, statim convenerunt consanguinei & socii malitiæ nefandi Ogelli, eumque sepelire in cœmiterio Ecclesiae sancti Swiberti decreverunt: sed nullo modo valebant. Nam cùm indigestam terram effoderent, conantes facere sepulcrum in praefato sancto cœmiterio, in quo

quo ipsum condendo sepelirent, sta- *Terrā*
 tim egesta terra per se defluxit in ean- *sacrilem*
 dem foveam, ac si non fuisset fulcata: *go ne-*
 de quo omnes valdē mirabantur. *rat sō-*
pul-

Cumque iterum atque iterum *erūm.*
 fodiendo tentassent, & multum labo-
 ris insumpsissent, ut facerent sepul-
 crum, licet in aliis locis ejusdem cœ-
 miterii, & semper terra per se, omni-
 bus stupentibus, subito decidisset in
 eandem foveam, permanens & appa-
 rens plana terra ut ante, desistebant
 fodiendo sepulcro in eodem sacro cœ-
 miterio: & exterriti, dicebant alte-
 rutrum, ipsum indignum ecclesiasticis
 sepulturā, & præsertim sepulturā
 illius cæmiterii, eò quod Ecclesiam
 illam & cœmiterium cremando
 profanasset. Et sic multūm attoniti
 recedentes, cum venissent ad cadaver
 mortuum, & abjecto velamine denu-
 dassent faciem ejus, ecce tam horribi-
 lis & miserabilis apparuit facies ejus,
 quod omnes in terrorem & formi-
 dinem vertit, ita ut omnes tremen-
 tes, stupidi & pavidi citò recederent
 ab eo, ignorantes, quidnam cum cor-
 pore facerent.

I

Sed

*En' cæ-
lestem
ultio-
nem.* Sed instante recessus tempore , quidam alii satellites ex alia provincia Saxonica , prædicta audientes , & ipsum mortuum invenientes , projecerunt indignanter cadaver in Rhenum , ut esset pabulum piscium : & sic malus male periret . Itaque cum ex præcepto Satraparum per totum facinorosum exercitum signo dato juberentur castra movere , domumque discedere : ecce dolenter nunciatum fuit a contribu libus & complicibus malitiæ , & commissi sacrilegii , duobus præcipuis Satratis Nothielino & Occoni strenuum Ogellum de Paderborne , qui primus Ecclesiam sancti Swiberti incenderat , ex vindicta Dei & sancti Swiberti , Patroni illius loci , plagatum & punitum esse , fregisseque collum suum super planam terram , cum jocando jactaret , quod illud facinus sacrilegum commisisset .

Quod illi audientes , indignati dicebant , hoc casu accidisse , & non ex vindicta alicujus sancti , & præcipue S. Swiberti , quod sanctus Swibertus esset impotens , & nullius virtutis ac potestatis , qui nequisset suum

Op-

oppidum, suámque Ecclesiam tueri.
Cúmque hæc & hujuscemodi multa alia verba blasphemiae, superbè
& indignanter protulissent, non dantes
gloriam Deo & Sancto ejus, simul *Nothe-*
atque recessissent illi duo Satrapæ ab *linus*
invicem, Nothelinus in via glorians de *percus-*
victoria habita contra christianos : *tetur*
privatur coram omnibus lumine oculi
lorum, factus totus cæcus, atque *cacita-*
in cunctis membris suis graviorem torque-
morte poenam tamdiu sustinuit, do-*te & di-*
tur.
nec rubore coopertus, & in se rever-
sus, ac se colligens, quanta in Deum
& S. Swibertum superbè commiserat,
medullitùs suspirando agnovit & do-
luit. Itaque crescente per momenta
temporum dolore corporis, consilio
proborum, flexis genibus humiliter
Deo vovit, devotè visitare sepulcrum
S. Swiberti, & Ecclesiam ejus in favil-
las redactam juxta facultatem suam
restaurare, modò intercessionibus ipsius
a Deo recuperaret pristinum visum,
& sanitatem corporis. Quo voto co- *Voto*
ram omnibus dolenter & devotè factò, *facto*
protinus dolor viscerum cessavit, vi mox re-
fus rediit ; & ipse surgens, lachryma- *vale-*
bili, *voce* Deum *devotissimè laudans, scit.*

cunctis aperuit, ut meritis S. Swiberti liberatus sit: & Werdam usque properans, votum cum multa familia de votè adimplevit.

CAPUT VII.

De altero Satrapa Occone.

ALTER verò Satrapa, Occo nomine, optimis ditatus spoliis, cùm equester cum suis vernaculis rediret à Werdā, ignorans, ut Nothelinus à Deo punitus esset, recitarētque in via, quām benè vindicāssent Saxones contra christianorum contumelias & oppressiones, ipsis à Carolo pridem illatas, & ut humana pariter & divina in finibus christianorum perturbāssent: & præsertim, ut Ecclesiam Pontificis Swiberti, in quo christiani multūm confidebant, incendissent: mox coram omnibus mulctatus à Deo, auditu caruit & loquelā: rediensque domum mœstus & dolens mansit longo tempore surdus & mutus. Qui similiter in se reversus, erubescens ingemuit valde, perpendens, quod Deus vindicat blasphemias Sanctis suis illatas. Salutari igitur pœnitentiā ductus, dolens tuto corde

corde de commissis in Deum , & in servum ejus Swibertum , eleemosynis & precibus , sperabat à Deo recuperare priorem sanitatem : sed nihil proficibat , & nihil obtinuit.

Cùm verò didicisset , qualiter Nothelinus Satrapa cæcitate percussus , meritis S. Swiberti liberatus fuit , spem magnam concipiens in S. Swibertum , dat sa- similiter vovit peregrè visitare ipsum crilegiū sanctum Swibertum in Werda , & pœnas , servituti ejus se mancipare , modò sed vu- pristinæ , meritis ipsius Sancti , restituī to facto posset sospitari . Èadem horā sanatus liberatur à cælesti medico , dispositâ domo suâ , publicè accedens cum solenni familia ad Ecclesiam S. Swiberti in Werda , votum implevit reverenter & devotè , redire quoque domum spernens , sumptibus suis & præfati Satrapæ No- thelini , aliorūmq[ue] multorum devo- torum hominum eandem exustam Ecclesiam anno sequenti eleganter restauravit , & dignitati sui Satrapatūs renuncians , in Werda apud S. Swi- bertum consenuit , serviens ferventer Deo , & S. Swiberto omni bus diebus vite suæ .

scip

I 2

CA.

CAPUT VIII.

*De quodam Saxone lethaliter sauciato in
bello, & meritis S. Swiberti sanato.*

Anno
783.

A Nno Dominicæ Incarnationis septem-
tingentesimo octuagesimo tertio,
Indictione sexta, cum victoriosissimus
Carolus Francorum Rex præsidia &
propugnacula rebellium Saxonum &
Westphalorum vastaret, venissetque
in Westphaliam ad firmam munitionem,
Dromi dictam, & illam expug-
nans destruxisset, commisissetque ean-
dem munitionem inclito filio suo Ca-
rolo, eo quod Rex Carolus ad interi-
ora loca Saxonum divertisset: ecce illo
absente occurrerunt præfato Principi
Carolo infestissimis animis Westphali,
cum grandi turba armatorum, ad ex-
pellendum ipsum potenter cum suis
Francigenis extra regionem ipsorum
& patriam, aut formidolosum cum illo
prælium committendum.

Quos conserto prælio, congressu-
que inter eos facto juxta munitionem
Dromi, serenissimus Princeps Carolus,
filius Caroli Magni Regis statim vicit,
equitatu suo trucidans multos: inter
quos

quos erat quidam bonus christianus Westphalus, qui coactus per suum Satrapam, interfuit bello, in paganismo dictus Eldack, sed christiano nomine Bruno, vir dives & potens, fortis viribus, audax animo, & armis strenuus. Hic Bruno postquam viderat & perpenderat, mente sœpè revolvens, nefandum Ogellum de Paderborne conterraneum suum male periisse se præsente, qui S. Swiberti Ecclesiam incenderat, & Occonem & Nothe- linum Satrapas ipsorum à Deo percus- sos, iterum meritis sancti Swiberti sauitati pristinæ restitutos: honoravit deinceps S. Swibertum, atque dolens de commissis in Werda in prædictâ Saxonum expeditione, omni die de votè legit ad honorem ipsius Sancti, unam orationem Dominicam & An gelicam Salutationem: efflagitans de voto corde, ut imminentे extremae necessitatis articulo, dignaretur ipsi auxiliari & adesse, & Deo, suis patro ciniis, ipsum reconciliare; elegitque ipsum in specialem Patronum. Igitur hic Bruno, cùm staret in prima terri bili acie strenuè bellans, tandem op preslus grandi equitatu partis adversæ,

& inter cætera vulnera grandi lancea
impetus, & in pectore hastâ confixus
& prostratus, corruens in terram,
pedibus equorum cum multis alijs
miserabiliter conculcatur, ita ut de sua
desperaret vita.

Cumque sic volutatus in proprio
sanguine penè desiceret, & in extremis
ferè laboraret, devotione, quâ valuit,
invocavit mœsto & contrito corde S.
Swibertum, petens, ut sibi, utpote
famulo suo jam in necessitate tanta &
periculo constituto adesse, & Deo suis
precibus commendare se dignaretur;
vovens, quòd si ex inflictis vulneribus
convalesceret, & sanaretur, devotè vi-
sitaret ipsum in Werda: spretisque sæ-
culi curis, seipsum servitio suo, quam-
diu superstes esset, manciparet. Quo
expleto promisso, factō illo in ecstasi,
apparuit cum magna claritate S. Swi-
bertus ornamentis pontificalibus in-
S. Swi- datus, tangénsque ipsum baculo pa-
bertus storali, dixit: Ecce Bruno, confortare
apparet & gaude: hâc vice hic non morieris,
Bruno- quia precibus meis impetravi ab om-
ni gra- ni potenti Deo vitam tibi, eò quòd
wiser devotè in hac præsenti anxietate au-
xilium

xilium implorasti à me, ut tibi adf-
sem. Sed postquam per gratiam Dei ^{vulne-}
convalueris ab his plagiis, non negli-
gas visitare sepulchrum meum in
Werda, ut spopondisti, cum condi-
gnis oblationibus, ne æternâ morte
involvaris. His dictis, signans eum
signo sanctæ Crucis, disparuit, & cla-
ritas evanuit. Hæc autem facta fue-
runt finito bello.

Victores vero, cùm viderent il-
lam claritatem supra corpora occiso-
rum, quidam ex iis Deum timentes,
accurrerunt ad eundem locum, in
quo illam perspexerant claritatem,
suspicantes ibidem quendam sanctum
virum occisum, vel agonizantem, cu-
jus merita Deus per illam claritatem
ipsis declararet. Bruno autem inter
occisorum cadavera similis mortuo
ferè exsanguis aliquo tempore jacens,
meritis S. Swiberti parùm se erigens,
cùm vidisset viros hostilis exercitus,
arbitrans eos amicos, qui ipsum
liberarent, & curam suī agerent,
coepit flebili voce, prout potuit,
implorare auxilium ab eis, ut suī mi-
sererentur. Milites vero videntes ip-

I 5 sum

sum tam horribilibus vulneribus gravatum, & præcipue grandi hasta confossum vivere adhuc potuisse, mirabantur valde. Qui, postquam eis inter multa enarrasset, qualiter ibidem in tam horrido instantis mortis periculo Sanctum invocasset Swibertum gloriosum Episcopum, quem omni die speciali oratione devore honorare consueisset, & ut ab eo ipsi apparente servatus esset, addidit, quod coactus per suum Satrapam eidem bello interfuerit, quia urgente & stimulante conscientia, contra christianos bellare sibi valde grave fuisset.

Victores vero hoc audientes, memores claritatis ab eis visae, pietate moti, liberaverunt ipsum: armis sanguine madidis exuunt, adhibentes ei diligentem curam, ut convalesceret. Ponebant ipsum insuper in quodam excenso loco, postquam ligaverunt vulnera ejus, ita vulneratum, ad honorem S. Swiberti Episcopi, quem multi in exercitu Francorum honorabant, ut omnes animadverterent eum temporariam mortem non evasurum, nisi meritis S.

Swi-

Swiberti id fieret. Serenissimus vero Rex Carolus Magnus tunc in Saxonia apud locum, dictum Stomangi, positus, haec audiens, & ut Pipinus Rex genitor suus, in maximo honore S. Swibertum habuerit, propter victoriam meritis ipsius contra Saxones propè Werdam habitam, admirans præcepit præfatum Brunonem, quād citò posset, commodè & absque timore corporis migrare de loco ad locum, sibi adduci & præsentari.

Qui cùm ei præsentatus esset, & cuncta vulnera vidisset, audissetque ab eo, qualiter S. Swibertus Patronus suus illi apparens consolatus eum fuisset, laxavit ipsum à captivitate, restituens ipsum pristinæ libertati ad honorem S. Swiberti. Et deinceps idem Rex Carolus Magnus, semper in honore habuit S. Swibertum omnibus diebus vitæ suæ. Et subjugatis Saxonibus, & Angariis cum Westphalis, in gratiarum actionem statim fratres conventus S. Swiberti, in diversis tutis locis dispersos, revocavit, Ecclesiam S. Swiberti diversis pretiosis ornamen-

tis

tis decoravit, ablata restituens, & recuperans, multa dona & prædia ex regali fisco hilariter adjecit devotis fratribus conventū S. Swiberti. Bruno tandem convaluit, &, ut vovit, ipsum peregrè devotè in Werda cum condignis oblationibus visitavit, & ibidem Deo & S. Swiberto, quāmdui vixit, servivit. Quo miraculo cognito, multi Saxones & Westphali devotè ipsum in specialem Patronum eligentes humiliter coluerunt & honoraverunt.

C A P U T I X.

*Ut S. Swibertus solenniter à S. Leone Papa
sanctorum Confessorum catalogo
sit adscriptus.*

Anno
796. **A** Nno Dominicæ Incarnationis septingentesimo nonagesimo sexto, Indictione quarta, defuncto Adriano Papa, sanctus Leo, illius nominis tertius, concorditer à Cardinalibus in Papam electus, consecratur in Ecclesia S. Petri à Venerabili Patre Bernardo Ostiensi Archiepiscopo, & à cæteris Episcopis. Qui posteà, anno scilicet Domini septingentesimo nonagesimo nono, Indictione septima, dum in
Anno
799. **Lita-**

Litania majori, in Festo S. Marci Evangelistæ, ab Ecclesia Lateranensi ad Ecclesiam S. Laurentii egregii Martyris stipatus, ut decuit, multo clero pro- à Ro-
cessionem haberet; ecce per insidias manis
veniunt pravi Romani, qui in proces- oculis
sione eum vi captum, oculis privave- & lim-
runt & linguâ. Qui, cùm sic miserabi- gun pri-
liter volutatus proprio in sanguine ja- vatur.
ceret, à Deo, Angelico ministerio, sa-
nitati restitutus, ad Carolum Regem
properat. Qui ipsum suâ industriâ in Anno
Romanam sedem restituens, & ante Domini
se præmittens, subsequebatur anno 800
scilicet octingentesimo, ad urbem Carolus
Romanam cum magno exercitu: ibique M. sit
cum suis Principibus existens in fe- Impera-
sto Natalis Domini ab eodem S. Papa tor Ro-
in Imperatorem Romanorum invi- manor-
tus coronatur, acclamantibus Roma- rum.
nis imperatorias laudes.

Post cujus discessum à Roma ad
Germaniam & Galliam idem S. Leo Leopoldus.
Papa anno Dominicæ incarnationis pa III.
octingentesimo tertio, cum magna venit in
solemnitate suorum Cardinalium, Germaniam
Archiepiscoporum, Episcoporum, Anno
& Prælatorum ac Primatum ad Imperato- 803.

peratorem Carolum in Germaniam
veniens, & ab eodem Imperatore
imperialiter cum suis suscepimus, in-
ter multa pietatis suæ opera, instan-
tiâ ejusdem serenissimi Imperatoris
& Regis, Aquisgrani in palatio de-
Papa
larga-
tur In-
dulgen-
tias Ec-
clesie
Aquis-
gra-
nenfi.
dicavit Ecclesiam perpetuæ Virginis
Mariæ, donans eandem Ecclesiam
multis Indulgentiis. Deinde humili-
petitione & instantiâ Venerabilis Pa-
tris Gerbaldi Episcopi Leodiensis
consecravit Ecclesias gloriose Virgi-
nis Mariæ, tam in Tungris, quam
in Viseto: & Coloniæ Agrippinæ tam
ad S. Martinum, quam in Capitolio
Altaria consecravit. Et multa alia Mo-
nasteria, & Altaria ac Capellas per Ale-
manniam & Galliam consecravit, ubi-
que multas Indulgencias conferendo.

Tandem devotâ instantiâ glorio-
sissimi Imperatoris Caroli, & Venera-
bilis Patris Hildebaldi Archipræfulus
Coloniensis, venit à Colonia idem S.
Papa Leo navigio in Werdam, stipatus
Imperatoriâ Majestate, ac sacrato
choro sanctorum Cardinalium & Ar-
chiepiscoporum, ac multorum pro-
cerum comitatu. Cui occurunt us-
que

quæ ad Rhenum devoti fratres con-
ventus S. Swiberti processionaliter,
cum incolis ejusdem oppidi de Wer-
da, introducentes eum cum Impera-
tore & cæteris in Ecclesiam S. Swiber-
ti multum devotè ac honestè. Et illo
die, quo intravit, jejunaverunt incolæ
de Werda, cum toto conventu, autho-
ritate Apostolica. Alterā verò die, quæ
fuit pridie Nonas Septembbris, omnes
tam Papa S. Leo, quām Carolus Im-
perator & alii convenientes in Eccle-
sia & conventu S. Swiberti, ibi ora-
tione finitâ omnium convenientium
in Ecclesia, statim celebrante sole-
niter summam Missam felice Hildebal-
do Coloniensi Archiepiscopo, & san-
ctissimâ vitâ ipsius, cum innumeris
miraculis, conscriptâ per Venerabilem
Presbyterum Marcellinum, socium &
conterraneum ipsius Sancti, ibidem
lectâ, Papa S. Leo, de assensu paritor & S. Swi-
consensu suorum Cardinalium, cæte *vertus*
torumque Praelatorum, illic coram *refer-*
adstantium, solenniter catalogo san-*tur in*
ctorum Confessorum ipsum adscripsit. *nume-*
rum

Quo factò pulsatâ campanâ con-
ventus per aliquot horas, ad hono-*Divo-*
rum.
rem

rem Dei & gloriam ipsius sancti, cum
per dulcia modulamina laudum fra-
tres devotissime Deo rependissent gra-
tias, cantando humiliter, Te Deum lau-
damus, & reliquiae sive ossa ipsius ex
monumento, in praesentia sanctissimi
Apostolici Leonis & Caroli Impera-
toris, ceterorumque, per praeformatum
Archiepiscopum Coloniensem tolle-
rentur devote, maxima dulcissimi odo-
ris in eodem loco cœlitus effusa est
fragrantia, cuius suavitas omnium
ora & corda adstantium reficiebat, ita
ut nullus ambigeret, ibidem adesse
Angelorum choros.

Facta sunt haec pridie Nonas
Septembbris, praesentibus ibidem vi-
ctoriosissimo Carolo, semper Augu-
sto, Romanorum Imperatore, & Fran-
corum Rege, Venerabilibusque Pa-
triis Cardinalibus & Archiepiscopis,
Bernardo Ostiensi, & Fortunato Tre-
vorum, Theodoro Sabinensium,
Nicolao tituli sanctæ Crucis in Hie-
rusalem, Eustochio S. Praxedis, Bo-
nifacio tituli SS. Marcellini & Petri,
Presbyteris Cardinalibus, Geraldo
Leodiensium, Volquino Morinensium
Epi-

Episcopis: & præsertim felice Hildebaldo Colonensi Archiepiscopo, cuius industriâ & piâ instantiâ S. Leo Werdam navigavit, & S. Swibertum in Divos retulit, cum multis aliis Prælatis & Proceribus. Statuit insuper sanctissimus Papa Leo, illum diem canonizationis & exaltationis S. Swiberti egregii Episcopi, perpetuis temporibus per totum oppidum à cunctis incolis Werdæ celebrandum ob honorem S. Swiberti Apostolici Episcopi.

Obtulit autem idem S. Papa ei-Pontius¹ dem Ecclesiæ speciales indulgentias sex In- cunctis fidelibus, celebrantibus fe-dulge- sum S. Swiberti Episcopi, & ad di-tias conce-vina confluentibus. Item idem Pa-pa contulit parvam auream crucem, refertam particulâ sanctæ Crucis Do-clesiae Wer-mini nostri Iesu Christi. Imperator denses verò Carolus obtulit duos aureos calices ex auro puro, & totidem pretio-sadona-ampullas ejusdem auri, cum multis ria Ca-aliis Ecclesiarum clenodiis pretiosis: roli ut, dum divinum mysterium in Wer-Magni densi conventu perageretur cum eis- dem, ipsius Imperatoris jugis fieret

memoria. Obtulerunt prætereà omnes à majori usque ad minorem juxta devotionem & inspirationem spiritus, & pro facultate, ut fieret solennis capsula & pretiosum feretrum, in quo collocarentur sacrosancta ossa S. Swiberti Episcopi, ad laudem & gloriam Domini nostri Jesu Christi, qui vivit & regnat cum Deo Patre in unitate Spiritus sancti, per infinita sæculorum saecula, Amen.

C A P U T X.

De Miraculis S. Swiberti, ut puerum submersum excitaverit.

Igitur cùm rumor adventus S. Leonis Papæ & Caroli serenissimi Imperatoris, cæterorūmque Prælatorum & Principum in Werdam ad canonizandum S. Swibertum, ubique per vicinam Provinciam pervolâsse, confluebant multi populi utriusque sexus cum filiis & filiabus suis Werdam, ad percipiendam à S. Papa remissionem peccatorum & Apostolicam benedictionem, & ad intuendum tantæ celebritatis actum. Inter quos erat quædam nobilis Domina, nomine Irmgardis

dis, mulier honesta & proba, germana *Irm-*
Venerabilis P. Hildebaldi Colon. Archi-
episcopi & uxor strenui Bartoldi, Domi-
celli de Grimbergen, habitans & resi-
dens illo tempore in Troja sive Xan-
tis. Quæ Domicella cum duabus so-
lummodò pedissequis, & primogeni-
to suo Gocellino, semiocto annorum
puero, & cum multis aliis honestis
personis ex Xantis Werdam navigans
eidem celebritati, consensu mariti sui,
interesse voluit & decrevit. Et appro-
pinquantes Werdæ, cùm nauta propter
multas alias naves ibidem congrega-
tas subitò ampliustre mutaret, ut con-
venientius litori navim applicaret,
Gocellinus stans propè matrem in
prora navis, ex collisione navium ce-
spitans pedibus, corruit extra navim
in Rhenum, & submersus est.

Quod mater ejus videns, quæ *Gocelli-*
etiam cecidit ex collisione navium in *nus*
navim, & puerum suum juvare non *puer in*
valens, seipsum in Rhenum præci- *Rheno*
pitate conabatur: sed tenta & impe-
ditæ per pedissequas, & alios probos *mergi-*
homines, scissio velamine capitis sui *tur.*
præ nimio doiore inconsolabiliter fleus

K 2

magno

magno ejulatu & lamento replevit
litora Rheni. Erat autem hora ferē
quinta vespertina. Archiepiscopus
verò frater ejus illa audiens, inge-
muit & multū tristabatur. Pedisse-
qua quoq[ue] concita denunciavit
Domicello Bartoldo discrimen sub-
mersi pueri sui. Domicella itaque
complosis matibus tanquam mulier
vesana, intrāns Ecclesiam S. Swi-
berti cum magno ululatu & gemitu,
Dei exoravit pietatē, ut meritis S.
Swiberti filium suum sibi restituere
dignaretur. Consolata denique à mul-
tis hōiestis matronis, & præcipue ab
Archiepiscopo fratre suo, ducente
eam in hospitium suum, ut eam refo-
cillando consolaretur: sed ipsa quie-
scere nullatenus valens, noctem illam
totam insomnem ducens, imploravit
assiduè devoto & contribulato corde
S. Swibertum, petens, ut, qui dudum
multis in tribulationibus subvenie-
bat, sibi jam desolatæ solitæ pietate
subvenire non dignaretur: vō-
vēnsque, si ipsum suis suffragantibus
meritis vivum recipere posset, perpe-
tuis temporibus ipsum suo ministerio
assignaret.

Alterā

Alterā verò die, cùm aurora
eminentibus radiis illucesceret, qui-
dam honesti viri, amore Dei & peti-
tione Archiepiscopi, amotis navibus
coeperunt submersum Domicellum
Gocellinum quaerere sagenis & uncis
& aliis opportunis instrumentis. Tan-
dem horā ferè octavā ante Missarum
solennia, quidam dielus Lambertus
Dosel de Embrica, uno sentiens, &
tangens ipsum veste, vocatis aliis so-
ciis, sagaciter ex profundo Rheni per
vestem sursum trahens & elevans, de-
functum matri præsentavit. Quæ ip-
sum defunctum videns, exsanguis
effecta & in ecstasi posita stupuit. Sed
ad se reversa puerum ulnis ample-
ctens, sequentibus eam multis hone-
stis utriusque sexūs personis flentibus,
& ei condolentibus, depositit illum *Gocel-*
ante sepulchrum S. Swiberti: facta-
linus que ab omnibus d'votè oratione, spi-
ritus in illum rediit, oculos aperuit & revivi-
revixit; surgensque stetit supra pedes *scit ad*
suos, admirans multitudinem & fre- *sepul-*
quentiam populorum ipsum intueni- *chrone*
tium, loquebatur matri suæ dulciter. *S. Swi-*
berti.

Statimque exuentes eum madidis vestibus, propter compressionem hominum, de consilio quorundam posuerunt in eminentiori loco, ut ab omnibus posset videri. Quo viso factus est clamor omnium, Deum in S. Swiberto collaudantium de tanta tamque manifesta gratia, ibidem meritis S. Swiberti palam omnibus ostensa. Eadem verò horā venit festinanter equester pater ejus Bartoldus, cum decem tantum vernaculis multum nimirum tristis & gemens de perditione dilecti filii sui. Erat enim praefectus Imperatoris Caroli in illis oris. Intrans verò Ecclesiam, cum audisset & vidisset eum à morte resuscitatum, glorificavit Deum in sancto suo Swiberto.

Igitur sanctissimus Apostolicus & Imperator Carolus ista percipientes ab Archiepiscopo Coloniensi, avunculo Gocellini resuscitati, eundem puerum ad se accersiri & adduci præceperunt. Quem vivum videntes, qui per quindecim ferè horas sub aquis in profundo Rheni jacuerat, laudaverunt pietatem Dei, qui semper diversis

sis signis dilectos suos magnificat & honorat. Archiepiscopus vero consensu parentum, deposita argentea torque, quam circa collum gessit idem Gocellinus resuscitatus, ipsum clericum ordinavit, mutansque nomen ejus ipsum Swibertum nominavit: qui intra annum monasterium S. Swiberti intrans, eidem sancto semper humiliter servivit. Assignavitque Domicellus Bartholdus eidem monasterio, amore S. Swiberti & filii sui, certa prædia, perpetuis temporibus possidenda.

Nota, quod inter crebra miracula, quae Dominus meritis S. Swiberti Episcopi & Confessoris dignatur ostendere fidelibus, ut ab eis devotius & ardentius honoretur, duo insignia miracula, frequenti memoriam digna, recitabo, quae, ut infrà patet, Dominus operatus est, & fecit ad augmentum laudis, gloriae & honoris S. Swiberti, dilecti sui famuli.

C A P U T XI.

De tribus fratribus capsam S. Swiberti spoliare volentibus.

Tigitur anno Dominicæ Incarnationis 777. Indictione undecima, nocte

nocte quādam tres petulantes adolescentes, de nobilioribus ejusdem patriæ orti, venerunt in Ecclesiam S. Swiberti, in qua asservabantur ossa ipsius in capsula, splendore gemmarum, aurique fulgore decorata: quæ quatuor pedes habebat ex ære fusiles, pedibus Leonis similes, in quantum periti artificis industriâ formari poterant. Cùm autem fures ad capsulam accessissent, ut metallum de illa tollerent, mirum dictu, arca tota super duos pedes in sublime se extollens erexit, & quasi vita in illa esset, duorum pedum ungulis contra fures se defendit. Videntes igitur se nihil proficere, unus eorum saltum dedit, ascendensque super arcam, ut in equo super eam sedet, & duas laminas, in quibus duo sculpti erant Apostoli, vi abstraxit.

Quo factō, omnes iniēre fugam.
 Et cūm extra vicum Werdæ putarent se esse, iterum in atrio se inventare. Rursūmque, dum conarentur exire, hoc idem eis accidit. Sic errantes per triduum non sumpererunt cibum, neque potum, neque quidquam, quod

quod ad humanam naturam pertinet, facere potuerunt. Tandem cuidam argentario metallum monstraverunt, & ut illud emeret, rogaverunt. Quod ille ut vidit, ait: Argentum hoc de capsula S. Swiberti est furtivè ablatum, quia propriis meis manibus illud fudi & apposui. Dum sic ad invicem loquuntur, audit populus & accurrit, ipsique fures peccatum, & quid eis acciderit, manifestè confitentur. Sed quia de nobili progenie duxerant originem, ad horam mortis evaserunt dispendium, quia parentes eorum strenue militabant Imperatori Carolo ubique: terram tamen & regionem illam abjurare & vitare coacti sunt: sed restituta prius fuerunt omnia ablata S. Swiberto.

CAPUT XII.

De Clerico morbo curato à S. Swiberto Episcopo.

PATERFAMILIAS quidam Severinus de Westfalia inferiori, vir potens & dives, filium habuit speciosum valde, apprimè literatum, & optimum musicum, Conradum nomine, viginti trium semis annorum, sed lunaticum. Cum autem huiuscmodi infirmitatis tædio pater filium laborare ceteret; & propterea à Bononiensi studio domum reversus esset, in abditissimis pecto-

ris sui latebris dolore sauciabatur. Et quia filius suus Conradus huic sēculo inutilis erat, quid de eo facere posset, penitus ignorabat. Post multas verò cogitationes pervagationes tale reperit consilium: Vadam, inquit, ad monasterium devotum fratum in Werda commorantium, & illic filium meum illorum associare cœtui curabo: sicque salvâ honoris mei gratiâ, ab illo ero liber.

Veniens igitur cum Conrado filio suo ad monasterium S. Swiberti in Insula, Venerabilem Patrem Dominum Theodoricum Priorem, cœterosque fratres talibus verbis allocutus est: Domini mei dilecti in Christo, Religionis vestræ serenitatem humili devotione deposito, quatenus filium meum, cum competentis pecunia pondere in consortium vestrum suscipiatis, ut vobiscum degere queat, & Deo ac beato Swiberto, quādiu præsentem lucem carpserit, sedulum præstare obsequium: quia clericus & musicus probatus est, & plurimum affectat vobiscum servire Deo & S. Swiberto. Tali quidem viri versuti circumventione devotorum fratrum delusa est innocentia, & clericus in eorum contubernium est receptus. Interjecto deinde admodum paucorum dierum curriculo, nocte quādam, cùm fratres ad nocturnas vigilias surgerent, Conradus in medio ipsorum est collapsus.


et sicq[ue] similius ibide si recte sicut etiam Fratres

Fratres hujuscemodi visione obstupefacti & perterriti, huc illucque diffugerunt: unus solus cum eo remansit, & quantum potuit, eum adjuvit. Igitur cum morbus quotidiano incremento clericum graviter affligeret, tedium maximum parturivit. Denique à Collegio honorabilium fratrum est segregatus, & ab Ecclesia & communione mensa remotus. Conradus vero clericus, videns se despectum, & ab aliis separatum, graviter tulit, & ut ad saeculum frigeret, aut in aquis se suffocaret, in conscientiae suæ secretis tractavit. Cum autem serè per unius anni spatium hujuscemodi tentationibus ureretur, nocte quādam, dum in stratum suum dormitum islet, & S. Swibertum, sicut solitus erat semper, devotè pro *Vota* remedio suæ horribilis infirmitatis invocauit, vident in somnis S. Swibertum, pontificibus indutum, adstantem sibique dicente: Quare cor tuum multis illicitis cogitationibus dilaniare non formidas? Quare votum tuum frangere desideras? Quare ad saeculum fugere disponis? Quod Deo non coactus promilisti, indefesso cursu adimplere festina: non enim bona incipientibus, sed in bonis perseverantibus meritorum premia conferuntur. Et scias, quia ab hac hora infirmitas tua a te recedet, ita ut amplius ad te redeundi, nullum omnino accessum habeat. Vade ergo & dic fratribus meis, ut de cætero te permittant interesse divinis & generali refectioni. His dictis,
bene.

benedicens ipsum, recessit ab eo. Pandit visionem: creditum est sibi ita factum esse; & receptus est honorificè denuò in consor-tium fratrum, laudantium Deum in pietate S. Swiberti, dilecti patroni ipsorum. Sanatus igitur in anima & corpore, cum omni mentis vivacitate & virium facultate se Deo & ejus servitio totum dedit, & in virtutibus acquirendis tantam ab illa die obtinuit gratiam, ut inter cæteros fratres, vita sanctissimæ itinera sectantes, habere-
tur probatissimus & diligentissimus, ut à sacerdoto Patre Theodorico, Priore mo-nasterii S. Swiberti in Werda, sub testimo-nio virtutum cælorum attdivi. Deus pro-cul dubio est laudandus, qui facit mirabi-lia magna solus, qui sibi servientes sic ho-norat, & post vitæ cursum in cælo coronat:
qui est benedictus in sæcula sæculorum Am.

Hæc sunt specialia, Venerabilis Pater & dilectæ Confrater, que juxta tua tuorūmque fratum petita de exaltatione, canonizazione & miraculis S. Suvi-berti in scripta dignum duxi redigere. & tua Sancti-tati transmittere, que sanè ut ante dixi, à veridicis. di-dici & audiri, & proba èssima ac verissima sunt
ut testor Deum & omnes Santos ejus. Fiunt ver-plura alia communia miracula quotidie in cæcis, claudis, & variis oppressis languoribus coram sacra-santis Reliquiis ejus, qua causè brevissatis pratermit-to. Peto igitur attento corde, ut ea libro sanctissime vita ejus adiungere & communicare fratribus tuis, tam in trajecto quam in Do-kem & in Egmonda, & in catoris tua dioecesis Ecclesiis digneris, ut Deus qui est super omnia benedictus, & in sanctis sui laudan-dus, glorificeetur per omnia sæcula sæculorum, Amen.

F I N I S



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf